



DUELLUM
EPISTOLARE
SYMPHORIANUS
CAMPEGIUS














 Very rare

See "Allut's Life &c of Symph. Champier p201 – 6



Que in hoc opusculo haben tur.

Duellum epistolare: Gallie & Italię antiquitates summatim complectens.

Tropheum Christianissimi galliarum regis Francisci huius nominis primi.

Item complures illustrium uirorum epistolę ad dominũ Symphorianũ Camperiũ.

Duellum: bellum quod duabus partibus de uictoria contendentibus dimicatur: non tantum duorum: ut quidam existimauerunt sed multorum & ipsorum exercituũ: alioquin nõ diceretur a Plauto duellũ inter Thebanos & Theleboos. Et ab Horatio. Gratia barbarie lento collisa duello. Hinc perduellis & perduellio.

Petrus Antonius Rusticus Placentinus Ty/cinensis gymnasii lector ordinarius Lauren/tio Campegio Cardinali Bononiési ac An/glie legato dignissimo summã fœlicitatem optat & supplex se cõmẽdat seruus.

VIr clarissimus & illustrissimi princi/pis: illustris medicus: auratus eques Symphorianus Campegius affinis tuus utriusq; nostrum amantissi/mus: uarios persępe de te: deq; tua doctrina sermones cœdit: tuas ubiq; laudes prædicat/ eloquentiam extollit: ingeniũ admiratur: sũ/mã pene rerũ oĩum cognitioné: & singularẽ quandam dicẽdi copiã: ac suauitatem apud omnes Gallos & Insubres nobiles ac ciues p̃cipuis narrat honoribus. Solus in eius ore ac sermone uersaris milies me literis & ser/mone conueniat: si offendat: si alloquatur: subito de te mẽtionem infert: atq; ita crebro tãq; suauiter Laurẽtii nomen usurpat: ut ni/hil preterea diligere: nihil uno excepto diuo legislatorum principe genitore tuo Ioanne Cãpegio: pluris quã tuam doctrinam facere uideatur. Te uero aureum flumen appellat: & tua uerba quasi cœnam dubiam/dubia pu/tat esse: ubi nesciat quid potissimum laudet. Sed non est hic satis idoneus laudandi locus, id tamen minime siluerim: qui haud dubie

nostre sis etatis legatorum omnium ac ora/
torum princeps: ac in utriusqꝫ ciuilis pontifi
ciiqꝫ iuris facultate& gloria palmam tibi me
rito censeam tribuendam. Quis dicit splen/
didius? Quis scribit limatius? Quis eloquitᷣ
magnificentius? Quis acrius inuehitᷣ? Quis
laudat grauius? Quis in omni dicendi gene
re excellit prestantius: socraticam redoles di
sciplinam: platonicam sepis ubertatem. Ad
Baldi & Bartholi acumen: & ad preclarā De
mosthenis eloquētiam proxime accedis: ut
fœlix hoc seculum iudicare nō uerear: quod
te præconem tulit eiusmodi: & simul inclytū
ac magnanimum ad christianos principes le
gatum ac oratorem. Ago Simphoriano Cā/
pegio affini tuo (Christianus enim Campe
gius genere allobrox: quæ gens a Lugduno
nō procul abest: duodecim ex coniuge susce/
pit liberos: quorum duo inuictissimū prin/
cipē Carolum diui Ludouici Galliarum re/
gis illustrissimi fratrē ad Parthenopeam ex/
peditionem magno cum exercitu proficiscen
tem secuti sunt. In cuius reditu minor natu
Bononiæ reliquum ætatis egit: a quo geue/
rosissimi Campegii tui Bononienses origi/
nem traxere. Alter uero grandior natu ad/
usqꝫ Tortonam ueuit: qui Papiēsibus Cam
pegii generis initium nō pœnitēdū dedit)
Iugentem gratiam cuius tanta humanitas:

Campe/gios enī bononi/enses at/qꝫ papiē/ses ex per illustri trāsalpi/norū cā/pegionū familia: ac iter al/lobro/gas ad/modum īsigniori undoseē constat.

tamq; precipua erga me charitas est: ut tuã ad Britãnorum regem inuictissimum legatio/nẽ: tuamq; apud Lugdunenses Campegios humanitatem mecum uelit omnia esse com munia. Sed hec tibi inprimis optime ac ue/nerande pater explorata sũt omnia: iam igit̃ quid agam accipe. Nuper Symphoriani no/stri ac Hieronymi Papiensis diui Augustini canonici ep̃las dulce certamen & lepidum de Italie ac Gallie laudibus duellum nitoris & grauitatis plenum mihi ostendit idẽ Hie/ronymus. Opus certe summe eruditionis. Quapropter optime ac uenerande pater te hortor atq; oro ut duellum Galli & Itali le/gere digneris: ut legendo delectari possis. Et Rusticus ac Symphorianus tuus tuum uale ant ferre ad sydera nomẽ. Quod si tantũ quã tum cupiunt Symphorianus ei rusticus ipsi possint afferre laudis ueterũ omniũ uel equa les uel antecelleres gloriam: atq; si uelis tue doctrine decus diffundi: ac propagari lacius fac tua scripta in Symphoriani ac Rustici ma nus ueniant Vale.

Hieronymus Papiensis diui Aur. Augustini canonicus regularis Symphoriano Camperio equiti aurato patritio Lugdunensi: bonarum omnium artium ac medicine: totiusq; literaturæ uiro clarissimo Salutem.

NIsi prorsus id abhorreret alienũ q; eẽt ab ore christiani uiri (mlˀtoq; magis religiosi & presertim sacri flaminis candidati) ex infausto euentu sinistram incusare fortunam: utpote que iuxta gentilium errores indiscreto ictu plerumq; omnia uersat: mihi certe satis conquerendum iniuriarũq; agendum fore arbitrarer contra eam optime mi Symphoriane clarissime. Nam ut te ac Iacobum illum Fabrum: uiros toto orbe in cũctis literis famigeratos (quos ex libris atq; omnifarie philosophię monumentis noueram) conspicarer (cum quedam pro pientissima religione nostra imploranda essent ductu atq; auspiciis reuerendissimi. D. epispopi Parrhisiẽsis ĩ curia christianissimi regis) assignatus ego comes uni ex primoribus nostris libẽter ac potissimum causa (ut obiter uos alloquerer). Ex latio non sine maximis dispendiis atq; laboribus; per alpinas niues & spatia longa uiarum iam fere elapso triennio in Gallias usq; traieci. Neq; tamẽ (uiso

Fortuna secundũ gentiliũ errorem oĩa indiscreto ictu uersat

Simphorianus galliarũ columẽ.

solũ sacro illo numine Fabri) uidere te potui o p̄clarissime Symphoriane Cáperi Galliarum columen atq; una cum Fabro in cunctis literis lux: decor: amor atq; deliciæ. Nam cum deuenissem Lugdunũ extemplo accessi ad lares tuos: rogãs si quõ quem tamdiu exoptaram alloqui possem. Responsũq; perbenigne est a uernaculis te apud illustrissimũ Lotharingie ducẽ morari. Heu quos tũc sensi ardoris stimulos? quasue urentes pectora atq; intima faces? Ita ne me fata (aiebam) irrisum in ipsis optimis uotis quamprimum uoluere? O fluxas rerũ uices casusq; minaces O deceptorum uota caduca uirum. Iacta est alea; atq; in portu naufragiũ feci: abcessi tãdem tristis ac mœrens cum spe tamẽ aliqua te forte in reditu nostro reperiendi domi. progredior ultra in Franciam ad Frabrum Lutetiæ in amœno cœlo cõmorantem. Cõuenio uirũ: contẽplor: alloquor: amplexor: simulq; ab ipso humanissime recipior atq; deosculor adstabat illi circunq; fouebat latus Carolus quidam iuuenis elegantissimus satis liberali forma studiorũ ipsius Fabri sectator & alumnus: quem quasi putasses alterum Alchybiadem Socratis: Platonis Dionem: aut Aristotelis Theoprastum. Deus bone quãta tũc gestiebam effrena letitia? Narrabam illis ardorem meum: peregrinationes; labores: dis/

Iacta est alea.

crimina: atq; iter aſſumptum quaſi qui tan-tam urbem Galliarum caput ingreſſus (iuxta illud Diui Hieronymi) aliud preter urbem quererem. Iocundabatur una mecum ſenex uti doctiſſimus: ſic & in cũctis pluſquã credi poſſit dulciſſimus atq; humaniſſimus hoſpes: aſſerens ſe & aliquando deueniſſe ad nos in latium ut ſacrarium illud literarum toto orbe famoſiſſimum Ioannem Picum Mirandulam principem illuſtriſſimũ: & Hermolaum Barbarum patritium Venetum de cunctis literis optime meritum: uideret: & alloqueretur. Adiecit his quaſi ad numerum triumuiratus Marſilium illũ Ficinum Platonicæ philoſophiæ inter Latinos primũ legitimumq; propagatorem. Commẽdabatq; apprime poſt hos Politiani acerrimum ingenium: ut ceteros in numero pertranſeã quorum ſuis quẽq; is honeſtabat laudibus. At cũ ego te in medio iſtorum adducerem: multa diximus ambo de laudibus tuis in morem fere panegyrici (utpote qui omnem philoſophiæ partem excoluiſſes: Orphicam: Triſmegiſticamq;: Aſclepiadeam: Zoroaſtricã: Magiã: Pythagoricã: Socraticam: Platonicã: Stoicam Ariſtotelicam. Deniq; quãlibet Grecam Romanã oẽm atq; Gallicam excitaſti: atq; ĩ ſcriptis redegiſti: excuſſiſti oẽs philoſophorũ ſcedas: Politiani noſti familias oẽs: om-

Hieronymus.

Simphorianus oẽm philoſophiæ ptẽ diligẽtiſſime excoluit.

nes ſectas: omnes ſcholas: omnia tu deniq; placita omnia dogmata decreta archana omnia myſteria omĩa cõtriuiſti. Ecce dũ hæc agerentur: atq; innumeris obruerẽ queſtionibus explicandis uenerabilem illum ſenẽ: ut ꝓbarem ingenii illius cęleſtem ideam: non quaſi ab eo rationes exigens (cuius ſatis iam mihi probata erat auctoritas) ſed merum ipſius iudicium expoſtulans quid aperto animo ipſe ſentiret: propoſui ſibi multa de naturalibus: multa de metaphyſicis: multaq; de theologicis queſtionibus: qualiterq; in pluribus Platoni concordem faceret Ariſtotelem. At is ut erat promptus ſuccinctuſq; ad omnia: ſolutiones quippe tales aſſerebat quę a me certe non erudite reſponſiones: ſed ut diuina prorſus hauriebantur oracula. Et cum is Ariſtoteli plurimum faueat: in nullius tamen iuratus uerba magiſtri ita miſcebat interdum platonica quędam cum peripateticis ut ſuis quẽq; ꝓpriis haud defraudaret laudibus. Sic autem utriq; philoſophorum eſt addictus ut neq; platonicus neq; peripateticus appellari gaudeat: ſed apoſtolicus totus fideiq; ſymiſtes totus exundat in doctrina ſacra: totus exuberat: totuſq; raptatur ad Dionyſii ipſius ambroſiam ad ſacros illius nectaris fontes: necnõ ad Hierothei diuinos amores: ſed iam retrahendus calamus: qui neſcit

Faber ariſtoteli plurimũ fauet.

amori frenum imponere iam ferme aderat hora ſecunda noctis: cum uix poſſem a ſacris eius amplexibus diuelli: hora tamen inter/pellabat ad reuerendiſſimi domini epiſco/pi cœnam: porrectoq́ʒ libello quo is me do/nauit egregie in pignus ac monumentum amoris erga me ſui: meq́ʒ iterum amplectẽs atq́ʒ deoſculans (non enĩ ſingula pſequor) memor (inquit) ſis noſtri in oratiõibus tu/is Hieronyme fili. Ibiſq́ʒ ad Symphorianũ no ſtrum: cui me officioſiſſime cõmendabis: o duram aſperamq́ʒ receſſus noſtri cõditionẽ. Recedo tandem ut filius gemebundus a pa/tre flens: eiulans atq́ʒ ſuſpirans ad amorẽ ſe/nis. Solabar me tamen aliquantiſper ſperãs merorem meũ poſſe facile temperare. Si te Lugduni in patria reperirẽ. Quid plura? Lug dunum iterum ingreſſus audio te quoq́ʒ ab ſentem: ut prius ſicq́ʒ totus in Italiam redeo ſtomachatus meme ipſum faſtidiens q̄ te ui dere non merui. ſed quid tum? Non poteſt quis contra geniũ aut fatum ſuum ire? ſic dii (inquit poeta) uoluiſtis habebo. Teſtor mi Symphoriane clariſſime: cum minime te ui derim: eſtuat tamen adhuc animus propter monumenta tua quę legi ut te uideam: teq́ʒ amplectar (ut Fabrum) antequã moriar. Quod niſi uinculo eſſem religiõis aſtrictus uenirem iterum pedibus manibuſq́ʒ in Gal/

Hieronymus magno ſe aſſe/rit ardo/re teneri ut Sym/phoria/nũ uirũ undecũ/q́ʒ erudi/tiſſimũ uideat.

liam: ut Symphorianum meum uiderẽ: allo querer: amplexarer: introspicerem. Quare cũ te uidendi nulla aut exigua certe sit spes: uisũ est ingenti ex amore/ quo erga te iãdudũ irretitus sum acceleranti nuntio familiari meo epistolã hanc ad te dare: ut cognoscas quãtũ possint monumenta tua prȩclara ad alienos externosq; aios penitus immutãdos: ueramq; esse illam. M. T. Ciceronis nostri sententiã in Lelio. Nihil esse amabilius uirtute/ nihilq; quod magis alliciat homines ad diligendũ. Quippe cũ propter uirtutẽ & probitatem eos etiã quos nũq̃ uidimus quodãmodo diligamus. Vale mi p̃clarissime Symphoriane: atq; amantẽ iugiter in pectore serua. Cũq; scribes ad Fabrũ nostrũ: obsecro salutem meo nomine illi impertiri digneris. Et si te quãdoq; ad scribẽdas historias dederis (nisi totus monachus Benedicto astrictus es) Memento inter diu filiorũ Augustini Canonicorũ uidelicet regulariũ. Quorũ apud Gallos in sancto Victore Parrhisiensi: & apud diuã Genouefam celebrãtur: maxime uenerabilis Hugo noster Richardus: Adam: cæteriq; plures. Iterũ uale o perpetuũ lr̃aꝝ decus Ex Astẽsi urbe Cœnobio sancte Marie noue: ordinis canonicoꝝ rum regulariũ sancti Augustini de obseruantia/ octauo kalendas Quintiles. M. ccccc xiiii.

Marcus Tullius in Lelio.

¶ Symphorianus Camperius Lugdunen/sis illustrissimi prĩcipis. D. ducis Calabrie Lotaringie & Barri &c. primarius physicus Hieronymo Papiẽsi theologo insigni diui Aur. Augustini canonico regulari & philosophiæ totiusq; literaturæ uiro clarissimo

Salutem.

IActurã me fecisse nobilissime Italie putauerim Hieronyme: quod te de facie nõ nouerim tãta in te eruditio: tam ꝓpẽsa in studia uolutas tãtus amor mei: quæ oĩa de tuis ꝑcepi literis. Solẽt em̃ morũ doctrina: morũ sctĩtas auctoritasq; multũ obtinere uiriũ: ad conciliandũ animos trahẽdosq; in beneuolentiã uel ignotos atq; etiam eos qui maxima locorum intercapedine dirimũtur: illa quidem prior philosophos uiros: altera etiã christianos: postrema uero actuose deditos uite & negotiis uacantes allexit. Similitudo primam copulam Secundã charitas. Tertiam utilitas & cõmoditas parit. Et si cui hæ omnes insunt res: omnes penitus hoĩes ad se trahit. Cum autem in Hermolao Barbaro Politiano Ioanne pico: Marsilioq; Ficino fuerint & ad illorũ dilectionem uasta illa terrarum spatia Fabrum nostrum Stapulensem olim traxerint. mirum tibi uideri nõ debet: si & Gallos quoq; uiros in Celtica Gallia degentes et commoueãt &

Italie uiri literatissimi. Celtica Gallia id ẽ Lugdunẽsis.

6

trahãt: cũ natura mortaliũ auida peregrinationis sit uariorũ populorũ cultus atq; nationum mores agnouisse non solum uoluptariũ est: uerum & in uita conducibile. siquidẽ hec cognitio hominẽ non solum oblectat: uerũ etiã prudẽtẽ reddit atq; multisciũ. Hic ingeniorum fons & antiquitatis parens homerus uirum summe prudentie Vlixem ostẽdere cupiens cecinit multas illũ urbes peragrasse multorũq; hoĩm mores perspexisse: cõsimiliter Cãperius Hieronymũ Papiensem philosophum christianissimũ ac religiosissimũ prœconio uirtutis extollit: qui peregrinatione multiuia nõ parũ multa perceperit ad animũ formãdũ uitãq; instruendã mire congruentia: qui alpinos montes transcendit. Galliã celticã penitissimã penetrauit: Celtas philosophiæ consultissimos adiit: & una cũ illis ex Aristotelis philosophia potauit. Qui Lutetie theologos explorauit: qui instar diui Hieronymi lustrator orbis/ purgator aĩorũ/ domitor uitiorũ/ sititor scientiæ/ spretor pecuniæ: habet. Attigi pocula hec Hieronyme: ut cum alios hoĩm atq; nostrorũ studiosos laudarẽ tum hoc uolui: ut te maxime ꝓbarẽ. Dabis tamẽ ueniã q longiore interuallo officii intermissum est & facile ac modeste feres: ac primũ uelim ne ob eã moram putes mihi minus iucundas literas extitisse quando ita co

Ingeniorũ fons Homerus.

Troiani Vlixis prudentia.

Hieronymi papiẽsis laus.

Celte ingeniosiores apud Gallos.

Diui hieronymi sapiẽtia.

pioſe ita ornate ſcripte ſunt ut uel ad Marcũ Tullium:& Salluſtium (ſi modo uiuerent) mitti ſint digne:redolent quã tui etas iſta pa ti tur optimam eloquentiã. Accidit inſuper nitide orõni ſignificatio q̃dã p̃cipui amoris erga me tui:ut utrũ agã neſciam tuã uł laudẽ eloquentiam uel admirer uirtutem. Nã ami citia preſertim inter bonos conflata nõ mo/ do eſt neceſſaria:quod preclarus ait Ariſtote les:nõ ſolum frugifera hominum generi ac ſalutaris:uerumetiam & ſingularis quedam atq; eximia uirtus. Quid enĩ aliud eſt quod peripatetici dicunt amicitiã quã uel uirtus q̃ dam:uel cum uirtute. Quippe que uel uirtu/ tis nomen ac rationem habere digna ſit:uel a puriſſimis honeſtatis atq; officii uberrimis fontibus proficiſcatur. Quod is qui emolu/ mentis aut uoluptatibus:aut ullis demum uel corporis uel externis rebus amicitiã me/ tiuntur non profecto quã longe a uero ab/ ſunt:tam eadem uirtus nominetur & ꝓbrũ. Diligo ergo te & amo:qui crebro:qui huma niter atq; ornatiſſimis literis pulſitas amici tie fores. Sed quid de amicitia noſtra plura diſſeram:que apparet liquido? atq; extat:ue/ nio igitur ad epiſtolæ tue reſpõſionem: quã nuper ad me miſiſti. Cuius grauitatẽ ne an ſuauitatẽ plus admirer neſcio. Quod in Gal

Cicero Salluſti/ us.

Quid amicitia

Ep̃le re/ ſponſio.

liā ueneris ad Fabrum Stapulensem nostrū & Camperium tuum (quos ex libris atq; sacræ phiæ monumētis noueras) uideres: mirifice letatus sum: legimus Orpheum & Museū lustrasse ꝓuincias: nouos adiisse pplos: ut eos quos ex libris nouerāt corā quoq; uiderēt. Sic pythagoras mēphitos uates. Sic Plato Egyptum & Architam Tarentinum laboriosissime peragrauit. Sic tu Hieronyme suauissime intrasti Celtas: pertransiuisti Alpinios mōtes Insubres: Allobroges: Celtiberos: opulentissima Gallie regna penetrasti: & ad extremum latissimo Rhodano amne transmisso: peruenisti Lutetiā Parrhisiorū: ut Fabrum nostrū inter paucos discipl'os de natura de moribus ac de arcanis theologie mysteriis audires docentem & quem ad contemplationē sui Gallia non traxerat; unius hominis fama perduxit. Est eñ Faber ex omni numero ī hac florētissima Gallia ueluti quoddam probitatis lumen ac decus. Nam quam tribuit sibi natura bonitatē miscuit ille Italica elegātia ut nemo sit hoc uno clarior: nemo præstātior. Habet eī selecta illa uerba q̄ non Rhodanū aut Lirim sed Padū sed Tyberim sed Capitoliū sapiunt quāq̄ ut mihi uidetur cæpit Tybris Rhodanū & Sequanā īfluere: & quāq̄ prisca illa Romani sermonis puritas Italiam non derelinquit tāto tamen eā studio Galli colunt ut prope

Orpheus. Museus. Pythagoras. Architas Tarentinus. Celtiberi. Rhodanus

Stapulēsis laudes.

Gallorū eloq̄ntia

surripere gestiāt. Ad Fabrū redeo quē (ut scri bis) ꝓbares ingenii illius cœlestē ideā. ꝓposui sti sibi multa de naturalibus: multa de meta/ physicis: multaq; de theologicis questiōibus qualiterq; in pluribus Platoni cōcordē face/ ret Aristotelē. & cū Faber Aristoteli plurimū faueat: in nullius tamē iuratus uerba magi/ stri. ita miscebat interdū Platonica q̄dā cū Pe ripateticis ut suis quēq; (ut scribis) propriis haud defraudaret laudibus: sic aūt utriq; phi losophoꝝ ē aditus: ut neq; Platonicus neq; Pe ripateticus appellari gaudeat: sed ap̄licus to/ tus fideiq; symistes: totus exundat ī doctrīa sa cra: totus exuberat: totusq; raptat̄ ad Dionysii ip̄ius ambrosiā: nec nō ad Hierothei diuinos amores. Hec sunt q̄ de Fabro nr̄o sentis. Sed nō mireris Aristoteli plurimū fauere: hoc em̄ ueteres pleriq; tū Greci: tū Latini fecere. Aristo telis alii: alii Platonis ratiōibus fauētes: & hec quidē ꝓbātes: illa refellētes. Fuerūt etiā qui cō uenire īter sese duos philosophos sūmo inge nio nixi sunt ostēdere: ut apud Grecos in ple/ risq; Simplitius fecit. apud Latinos facturū se pollicitus est Boetius: & Ioannes Picus lr̄arū toto orbe famosissimus facere pollicitus est: an impleuerit nescio. Nullum em̄ tale illius opus ætate nr̄a uenit ī lucē. Spabamus em̄ fo re: ut utriusq; phi: siue de rebus naturalibus

Aristoteli fauet Stapulensis.

Platonis & Aristo. comparatio.

8

siue diuinis: siue iis que ad mores pertinent: siue ad differendi rationem: quã uocant logicen: expositionem aliquam cõparationẽq; a Fabro nostro aut Clichtoueo aliquãdo inueniremus: quomodo inuicem duo summi uiri: aut conueniant: aut discrepant: quibus id rationibus probetur: & quid apud Aristotelẽ materia & forma? quid a pud Platonẽ magnum & paruum? quo pacto entelechia motui: quomodo per se anima mouetur conueniat: et utrum prima an secunda substantia potior sit: an forme alique separate sint: an prorsus inseparate. Quod si separate: utrum per se substant: an in secundis animi conceptibus posite sint? Tum quomõ equiuoce: quomodo uniuoce ens de entibus p̃dicetur: ut ratio illa diuidẽdi quã philosophie sepen Plato appellat: idẽ cũ demonstrãdi sciẽtia sit ut diuersũ. An mundi hec cõpago ingenita atq; eterna an genita fluxaq; sit an uero & genita simul & ingenita atq; eterna: & quomõ genita quõ & ingenita: tum hec tũ aĩa dici possit. Vtrum preterea deus ipsius substãtiæ an dumtaxat motus naturalium rerum causa sit atq; opifex. Quintum ne simpliciũ corporum dici celum oporteat: an unũ ex quatuor: quis preterea ultimus hominum finis censeri debeat: uirtus ne: atq; honestũ: an sciẽtia contẽplandi: an uero ut neotericorũ uer/

Philosophie platonice et peripatetice difficultates.

bis utar fœlicitas in actu intellectus ut Tho/ mas opinatur: an uero uolũtatis ut Ioannes Scotus dici possit. His aliisq; hmõi summorũ philosophorũ opiniõibus: ne in singulis im/ moremur: plenos fore libros Stapulẽsis no/ stri ac Clichtouei existimabãt: sed cum totus sit Faber (ut scribis) apostolicus: & ad ipsius Dionysii ambrosiã: necnõ ad Hierothei diui nos amores totus exũdet. Hec Platonica floc cipendit: ne in philosophorũ qui physici dicũ tur spineta christianos ducat: apostolica illa philosophia utilior: quæ uitã et mores insti/ tuit. Platonica eñ philosophia doctos tantũ facit: ista uero & doctos & bonos. Sed cum in philosophia Aristoteli faueat: mirũ est ad ip/ sius Dionysii & Hierothei diuinos amores exundare posse. Nam uir sanctissimus Dio/ nysius Areopagita: qui primus & summus christianæ theologiæ auctor fuit: nemineq; ante se habuit diuinarũ rerum scriptorẽ: prę/ ter apostolum Paulũ: et Hierotheũ Athena/ rum pontificẽ: quibus ipse pceptoribus usus est in libro de diuinis noĩbus edidit: ita scri/ psit. Manet quidẽ supra oẽs substantias sub/ stantialis infinitudo: & supra mentes super/ mentalis unitas: & oĩbus intelligẽtiis inin/ telligibile est: quod oẽm intelligẽtiã superat unum & ineffabile: quod omnẽ dicendi ra/ tionẽ excedit & rursus unitas uiuificat omnis

Diuus Thomas Ioannes Scotus.

Viri san/ ctissimi Hierote/ us & Di/ onysius.

Vtilitas philoso/ phiæ aplĩcæ.

Verba aurea Diony/ sii.

unitatis superſubſtantialis ſubſtantia: mens inintelligibilis: ratio ineffabilis inintelligibilitas: innoĩabilitas eſt: nullius ētis ſimilitudinē gerit: & cauſa eſt entiū oīm: ipſum aūt eſt non ens: utpore quod ultra oēm ſubſtantiam eſt. Item nō ſenſus eius eſt: non imaginatio: non opinio: non ratio: nō ſcientia: non nomen. & paulopoſt. Superſubſtātiale diuinum principium ꝙ ſit ſupereſſen tia: ſuperbonitatis minime intelligi poteſt. Hec Hieronyme frater chariſſime: nōne a Platone per eadē fere uerba Dionyſius ſumpſit? Hec de uno & primo omniū principio ac de ſimplicitate & unitate dei Plato luce nature illuſtratus ſcripſit: hec noſtri ſanctiſſimi doctores: chriſtianę religionis proceres diuino afflati ſpiritu docuere: q̄ res aperte ſatis teſtari uidetur recte aliquādo & ſenſiſſe de diuinis rebus & ſcripſiſſe Platonem. Sed hos breuitatis gratia omittimus illud aperte tamē profiteor: nō ita me Platonis opinionē tueri: quaſi ex omni parte ꝓbādam: & cum doctrina nr̄a comparādā exiſtimem. Neqꝫ em̄ illam animorum prȩexiſtātiā probo. nec numerum deoꝝ: nō cœli ac ſiderum animas: nō multa alia quibus gentiles ab eccl'ia dānātur. uerū quid duo philoſophi ſenſerint: quod inter eos diſcrimen ſit in nr̄a Symphonia. i. conuenientia Platonis cū Ariſtotele: & Galeni cū Hippocrate exponere de-

Conuenietia diui Dionyſii cū platone

In multis cū Platone nō tenet auctor epiſtolæ.

Symphonia Campeㄧriana.

creui. Et si eñ gentilis uterq; est: & a fide nr̃a alienus: tñ uter eorũ melius senserit: & religioni nostrę cõueniẽtius operepreciũ erit declarare: presertim cum nullam Aristoteli iniuriam illaturus sim: si prçferre ei Platonem uidebor siquidem nõ ultro ad hanc comparationem accessi: sed literis tuis ob Fabri opinionem coactus: qui discipulum prçceptori anteponit. Nam mea quidem sententia Aristoteles laudandus est: & doctrina qua plurimũ claruit. & studio quo bene de hominum genere meritus est. Aristoteles eñ (inquit Labeo) Platonis auditor/summo ingenio fuit: sapientia tamẽ Platone inferior. At qui si Aristotelem ut certe dignũ est laudemus atq; admiremur: non propterea Platonis glorię aliquid detrahimus: immo si recte iudicetur eã potius augemus. Quamuis eñ agẽdi Aristoteli gratię sint: pro tot operũ beneficiis: quę nobis & posteritati reliquit: nõ minores tamen agende sunt Platoni: qui ut id p̃stare Aristoteles posset: effecit: scilicet ille talẽ nobis Aristotelẽ reddidit: ille ĩgeniũ eius coluit & adornauit. ille eũ omnibus disciplinis ornauit: ille uno prçceptore usus est Aristoteles illum non quinquennio: aut decennio: sed uiginti continuis annis audiuit. Nam qui semen (ut Demosthenes / ait) terre committit: is causa est: ut fruges oriantur. Quomodo autem

Labeo. Cõparatio Aristotelis ad Platonem.

potuiſſet Ariſtoteles p̄ſtantis uir ingenii tot annos Platonem audire: niſi fructū ſe percipere maximū ex Platonis doctrina ſenſiſſet: niſi Platonis ſcientiā probandā: expetendāq̧ duxiſſet. Ergo laudandus eſt Theophraſtus qui multo plura nec deteriora: quæ eius prȩceptor Ariſtoteles ſcripſit: ſed magis laudandus Ariſtoteles: etiā ſi nulli eius libri extarēt. modo conſtat eum Theophraſti p̄ceptorem fuiſſe. Sic & maxime laudādus admirādusq̧ Iacobus Stapulēſis noſter Iodoci Clichtouei & Caroli Bouilli prȩceptor: & doctrine illorum parens; quādo etiā nullū diſciplinarū eius ueſtigium ſupereſſet: quoniam Fabro iure optimo tribui debent: que Clichtoueus & Bouillus ſcriberēt: ille auctor fuit. Sed quicquid de Platone aut Ariſtotele cenſuerimus illud tamen apoſtoli prȩceptū tertiū ad Tytū tenēdū eſt: dicens. Stultas aūt quȩſtiones & genealogias & contētiōes & pugnas legis deuita. Nā inutiles & uane ſunt. ſimile prȩceptū mandauit Tymotheo dicēs. Stultas porro & indiſciplinatas quȩſtiones deuita: ſciens quia generant lites. Seruum aūt domini nō oportet litigare: & ad Coloſſēſes cap̄. ii. Videte ne quis uos decipiat per phiſophiā & inanē fallaciam ſecundū traditionē hominum ſecundum elementa mūdi & non ſecundū Chriſtum. Ergo errant qui per paralogyſmos & argutas ine

Theophraſtus

Diui Pauli p̄ceptum.

ptias:& ineptas argutias ueritati lucem dare credunt.nox non affert diem:nec Aristoteles uel Plato fidem:sedlux que desuper irradiat. Verũ inanes philosophi contra quos Paulus agit.Iudei erãt qui paralogysabant ex signis & elementis quæ tradita erant Iudeis:quibus sensa sua non diuina adiungebant.Nã & circuncisio & phase & agnus & sanguinis aspersio & uacca rufa:& id genus quæ Hebreis ut litere & elementa erant:sed elementa mũdi in ueritate sunt christus:& in illis elemẽtis non inhabitat diuinitas9 ut in suo corpore.In Christo autem plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat:immo corpus christi: cuius ipse caput est diuinitate plenissimum: cuius diuinę plenitudinis ut corporis sui membra:nos miseratione sua effecit corporaliter participes. Ad Fabrum parumper redeo: quod illum & Carolum Bouillũ amice fueris amplexatus & laudo & maximam habeo gratiam:ab eis (ut ex tuis cognoui literis) plurimũ diligeris:& uterq; tuam uirtutem:doctrinã atq; humanitatem laudant & in magno habent præcio.Quid multa?cum subessent mutui amoris cause permulte:facis tu quidem ut indies grauiores addãtur.Ad causas potest fortasse aliquid:ad summum uero amorem nihil potest accedere:quæ de me scribis nimium mihi & plusquã decet tribuis: desine Hieronyme

Amoris cause per multę.

me tam miris laudibus efferre. Fallit autem te amor. Sum euagatus lõgius: Hieronymũ uidere apud Gallos non meruerim: qui magno dolore premar. Deniq; Hieronyme parũ in me est: & quicquid est: id totum intellige tuũ esse. Nõ ei tibi aurũ atq; argentũ: nõ Corithia uasa: nõ fulgẽtes margaritas polliceor sed bonã fidẽ: ac uerũ syncerũq; ĩ nostra symphonia amorẽ. De nugis meis hęc pauca subiiciã symphonie ĩter Platonẽ & Aristorelẽ. Galenũ & Hippocratẽ extremã manũ ĩponimus. De operibus uero meis q̃ iã absoluimus: hec sunt. De mirabilibus sacrę scripturę. lib. ii. De moribus & mirabilibus gentiũ & prouinciarũ. li. i. Mirabiliũ ꝓpositionũ beatissimi Pauli apostoli theoremata. libros sex. De religionę christiana cõtra Gẽtiles: Iudeos: Hereticos & Mahumenteses. li. iiii. Periarchõ de principiis Platonicarũ disciplinarũ. lib. iii. Epitomata in libros hippocratis libros sex. Rosa gallica de tuẽda ualitudine. libros octo. Gallię ꝓpugnaculũ. li. iii. Hęc sunt prӕterea quę adhuc ĩ manibus meis imperfecta uersantur. Aliud nunc quod scribam: nihil est. Bellũ gerebatur cũ Anglorũ rege. Sed speramus q̃ primũ & feriri fœdus & pacem componi: idq; spondent legati utrinq;. Vale uir optime fęliciter: & admissum Symphorianum in tuo sinu diutissime serua; q igit͛ primo ad amicitiã accessisti: fac

Libri, quos ipse Camperius in manibus habet nondum formis impressos.

Fedus inter Christianissimũ regẽ & Britannos

ut & conſuetudine & crebris literis eã indies firmiorem facias. Iterum uale: memor noſtri in orationibus tuis: qui & nos & noſtra oĩa tuo arbitratu dicauimus. Ex bibliotheca nr̃a apud Nanceium primarium Lotaringie oppidum. iiii. Auguſti. Anni huius. M. cccccxiiii.

quosuul gus Anglos appellat.

¶ Epiſtolæ concertatoriæ inter Gallum et Italum: de Galliæ & Italiæ laudibus.

¶ Hieronymus Papienſis ex Burgofranco oppido oriundus / diui Aur. Auguſtini profeſſionis obſeruantię Canonicus regularis / Symphoriano Camperio / Patritio Lugdunẽſi / atq; equiti aurato ducali Lotaringię phyſico primario: nec non & omnigenæ philoſophię ac theologię inſtauratori clariſſimo iuxta diuinũ Platonẽ bene agere / & more Romano atq; Latine ſcribentium Salutem.

TVę iamdudũ mi clariſſime Symphoriane (& quidem omni acidalio fonte delicatiores) p ſolertem nuntiũ ex Nanceio Lotarigię oppido (ut ſcribis) primario delatę ſunt ad me literę ſuauiſſimę / plene totius eruditionis: plenæq; urbanitatis & elegantię: uerũ & ſymphoniaci in primis amoris tui erga me plurimi quaſi mãme q̃dã ſoro

Nanceiũ Lotaringię primarium oppidũ.

rẽtes exuberátesq; erumpẽtes affatim diuini in me Platonis tui nectar & ábrosiá. Quibus post longá tandẽ ęgrotationem (laboraui sane hoc ferme toto anno interrupta satis ualitudine) ut imbecillis adhuc uiribus tibi respondeam: atq; amoris mutui tabellas dulciter rependá (Rogo ne putes in mora fuisse segniciem: citra.n.omnẽ controuersiá egritudo ipsa in causa est) ut liberẽ iam me quasi obstrictum ęre alieno. Nescio mi clarissime Symphoriane quibus dignis p̃coniis epistolam tuá satis laudẽ: quibus ue exornem uerborum tropheis. Ipse quippe tuus differendi fluuius/ipse niueus candor atq; mira in cunctis rebus uarietas: & cum uarietate festina simul in cunctis rebus eruditio. Post hęc deniq; oĩa tua his superaddita blanda ac comis humanitas: ipse tuus cãdidus amor: et cũ amore literarum tuarum Socraticæ Platonicęq; deliciæ: atq; cũ diuo ipso Dionysio Hierothęo ac Paulo familiares illecebre: quẽ certe non raperẽt ad amorem tuũ. Immo quem nõ urant totũ ac dulciter inflãment: & philosophię iaculo pręconia sacra non uulnerẽt. Quod si sperem me tibi gratias posse referre/atq; amorẽ meũ erga te is ostendere literis: nescio quid mihi rectius auspicãdũ: quá ut hoc loco Persii uersibus ad te loquar. Vatibus hic mos est centũ sibi poscere uoces. Centũ ora ac linguas opta

Literarũ Symphoriani cõmẽdatio Symphoriani humanitas

Persius satyra quinta.

re in carmine centũ. Sic ego centenas ausim deposcere uoces Vt quãtũ ego te simmoso in pectore fixi. Voce trahá pura: totũ hoc uerba resignent. Quod latet arcana non enarrabile fibra. Affecisti me inestimabili gaudio ex literis tuis Symphoriane charissime: ita ut quoties illas relego: plus mihi semp aliquid dulcius arrideát: nũquãq; adeo animo fatigatus sum: quin ad earũ lectionẽ totus amãdo dulciter hilarescam. Habeoq; tibi ingentes grãs humanissime Symphoriane: q͏ eas etiá ultra spem ad me fertiliores dedisti: p̃cipue qui sis in assiduis lucubrationibus tuis acriter intẽtus: & curę ducali iugiter applicatus. Sunt autem pleriq; deliciosi nimis / qui ament appetantq; sibi ipis scribi more Laconico: aut qui affectent breuitatẽ illam Bruti / aut Dionis / Appollonii / Philostrati / Alcyphionis / Libanii / Symmachi ac Luciani / siue quis dicat esse phalaridis. Mihi ecõtrario amicorum literę nũq̃ uidẽtur longiores: prę sertim uero ubi de diuinis atq; altioribus rebus (ueluti de religione ac de uirtute / de philosophia / de moribus / cęterisq; optimis disciplinis) atq; ubi de perfecto amore / amicorũq; beneuolẽtia tractatur. sicut apud Platonẽ & Ciceronẽ nostrum legimus: ut omittá ex nostris diuũ Hieronymũ Augustinũ / Ambrosiũ / Hylariũ uestrũ Pictauiensem / Cyprianũ martyrẽ / Basiliũ / Chryso

Bruti Dionis. Apollonii atq; alii quot aliorũ qui mira in scribẽdo breuitate usi sũt cõueniũt. Christianæ religionis pręcipui doctores.

stomũ / Leonẽ / cęterosq̧ christianę religionis duces & in eloquentia claros. In earũ quippe epistolarũ gñe colloquẽda est isignis ep̄la tua: in qua talia de optimo amore deq̧ inuiolabi/lis amicitię laudibus differis: ut quicquid Aristoteles i æthicis & Plato senserit i Carmide & in Lyside: Ciceroq̧ i Lelio / dulci tu quodã cõ/temperamento cõplexus sis: ostendẽs quibus mediis cõcilientur animi ad amandũ quæ ue etiã uera sit amicitia / quæ quidẽ aut ipsa uir/tus est / aut ab uirtute minime seiungit͛. deĩde reuocas me ad amorẽ sacratissimũ diuini il/lius Fabri nostri Stapulensis: quẽ quoties illũ mihi recolis i epistola / toties mihi diuini amoris iaculo corda trãsfigis / adeo ut in amœno illo diui Germani prato (sede apud Parrhisios lętissima saluberrimaq̧) suspirem iugiter ad castissime ipsius philosophię parẽtis sacratos ãplexus. Exclamãsq̧ cũ poeta nr̃o. Me uero illius dulces ante oĩa musæ. Quarũ sacra fero ingẽti perculsus amore. Accipiãt cœliq̧ uias & sidera monstrent. Probe igit͛ facis mi Symphoriane q̄ me acriter ad amorẽ Fabri estuãtẽ iterũ atq̧ iterũ rapis / siue peruris animum. Amo equidẽ totis pręcordiis / atq̧ aliter facere nusq̄ possem. Ex quo te etiã exoratũ uellẽ lu/culentissime uir Camperi: ut nũq̄ tu mihi in posterũ scribas quin semper de tali ac tãto ui/ro illustri Symphonia tua dulcis Dorio quodam tono aliquid personet: semperq̧ magis

Quanti faciat symphoriani epistolam

Summa Iacobi Fabri Stapulensis laus.

accẽdat ad amãdũ illũ:cuius amor cãdidiſſi/
mus:indicibili quodã mõ uiros trãſformat in
deũ.Sed qd ago cũ ꝑ uiri merito oĩs laus iſe/
rior ſit? Hic eſt q generoſã adoleſcẽtis Caroli
(rectius dixerĩ Berilli)formoſãq; indolẽ/tãq̃
Socrates alterum phedrũ atq; alcybiadẽ ĩ ipſo
primo floreiuuẽtę tã cito q̃ affabre FABER
ille diuinus oĩ ſapiẽtia atq; cultiſſimis mori/
bus ĩſtituit;adeo ut egregius aduleſcẽs (ſicuti
ex monumẽtis eius agnoui)ſeipſũ ętatẽq; ui
cerit:dũ talia tradit ĩ lib.de Sapiẽte.q̃ nemo alĩ
us niſi & maturus ãnis/& ſapiẽtiſſimus rarus
uix aut difficile edere potuiſſet Fateor cũ uidi'il
lũ:atq; aĩo adhibito intuitus ſũ modeſtiſſimã
uultus eius imaginẽ:probitate quadã ĩgenia
attraxit me ilico ad internos ſplendoris ſui ra
dios cõtẽplandos.ſubmurmurans illud poeti
cũ ĩtra me:q̃ opportunũ carmẽ illud.Gratior
eſt pulchro ueniẽs in corpore uirtus.Omitto
Carolũ noſtrũ quẽ propriis aſpexi ocl'is:quẽ
alloquutus & crebro ãplexatus ſũ.Quis referat
gloriã Clichtouei q̃ reſultat ĩ Fabro:dũ ipſe ui
gilias oẽs cõceptiões q; fabri ſtylo elegãtiſſimo
reponit ĩ ſcriptis?ut cũ illi in ſtudiis oĩbus fi/
detiſſimus ſit Achates:qui Fabrũ diligit ingra
tiſſimus ſit ſi nõ amet Clichtoueũ Hũc cũ ipſe
nõ uiderĩ ueheměter tñ diligo:cũ ex ep'la tua
quę ipſius laudes commendat:plurimũ.tum
etiã ex editionibus ſuis in paraphraſes Fabri
ad Ariſtotelem enucleandum plura mihi ſeſe

14

offerũt in laudem huius pręclariſſimi Fabri quę cõſulto prętereã. Attigenda eſt hoc loco iocoſa illa particula epiſtolę tuę: quę forte inuidioſam nobis Galliã (Si natura inhumani eſſemus) reddere potuiſſet. Obiter nãq; in ep̃la tua ſic iterſeris: cœpit iã (ut mihi uidet̃) Tybris Rhodanũ & Sequanã ĩfluere: & q̃q̃ illa priſca Romani ſermonis puritas Italiã nõ dereliquit: tãto tñ eã ſtudio Galli colũt ut ꝓpe ſurripere geſtiant. Arriſi ſane ad hanc amici mei Symphoriani lepidã urbanitatẽ: qui uideat fortaſſe adeo me ſibi atq; Fabro nr̃o & Carolo ample deuictũ / ut putet ſibi oĩa tuta fore quę obiicit ĩ Italos: dũ pro gloria patriæ Italiæ gloriã ſuffuratur. At fortaſſis parum hoc modeſte tuliſſet Symphonianus ille olĩ perduellis tuus: pro Italię gloria certans. ſed uide q̃ ipſe liberaliſſimus ſim in te Symphoriane: cui & ſi (iuxta Horatiũ) Dulce & decorũ eſſet ꝓ patria mori. Neq; indecẽs ſimiliter exiſtimat Homerus pro patria occumberę (Vnde & illud Vergilii. Vincet amor patrię laudũq; ĩmenſa cupido. Et alibi. Pulchrãq; petũt p̃ uulnera mortẽ) Ego tñ amori tuo Symphoriane q̃ libentiſſime cœdã. ſciẽs illud appoſitiſſime ſcriptũ. Neſcio qua natale ſolũ dulcedine cunctos Ducit: & ĩmemores nõ ſinit eſſe ſui. Vnde & Vlixes ille apud Homerũ. Neq; utiq; ego mea terra poſſum (inquit) dulcius

Eloquẽtiã ingẽti cũ ſtudio galli colunt.

Vergilius.

Naſo.

Vlixes apud homerum.

aliquid aſpicere. At ſi tantus amor patriȩ eſt adſcribere laudes. Meminiſſe tñ ĩterdũ oportebit legis Iuliȩ maieſtatis/aut repetundarum & peculatus / & ambitus/uel ſaltẽ legis Familiȩ Herciſcundȩ. q̃q̃ iſta ſic abs te accipio dicta nõ ut latiũ gloria ſua priuare uelis (quȩ alioquĩ ſolida eſt & in ſe ſemper incorrupta) ſed quo magis prouoces Gallicã iuuentutẽ ad eloquẽtiæ flores (Si hȩc ipſa epiſtola tua in publicũ prodierit) emulatiõe noſtrorũ. Fieri id poteſt ut ſine odio ſuboriatur illis generoſa q̃dã animi emulatio: dum. ſ. ſtudio laudis atq; amore gloriæ ad decorẽ patriȩ acriter ĩflãmant. Hinc illud Themiſtoclis ſuſpiriũ (Themiſtocles ut auctor eſt Plutarchus: glorie et ambitiõis ardentiſſimus erat. Et Melcyadis uictorie in Marathone ȩmulabatur: aſſerens Melcyadis tropheum ſomnos ſibi ſȩpius ademiſſe) Melcyadis (inquit) trophea me a ſommo excitãt. Sic & Alexãder in Sigeo promõtorio niſo Achillis ſepulchro dicitur animatus ad res præclaras fortiter obeũdas. Et Ceſar fleuiſſe legitur ad Alexãdri inuidioſos triumphos. Hinc etiã erant ſtatuȩ/atq; ab antiquis imagines pro roſtris affixæ. Hinc Panegyrici/ hinc laudes/atq; uituperationes acerbiſſime declamantium: dum. ſ. ſtudio laudis aut pudore ignominiȩ excellentes animi meliora quȩq; capeſſunt. Vnde & Sulpitius nobiliſſimus orator cũ iuris ſulpitius

15

prorsus esset ignarus obiurgatus a. Q. Mu/
tio iuri ciuili exactissime operam dedit. Opti
mũ igitur inuentũ tuum Symphoriane: qui
emulatione. s. Italie: Galliam ad eloquentiã
prouocans: quę iam satis diu horrida extitit
in Romana lingua/atq; oratorio more loq̃n
di. At modo si ex Fausti & Constantini Lasca
ris optimis institutiõibus incipiant Galli po
litioribus studiis operam dare: nõ propterea
nobis dolendũ est: sicut Cicerone orãte Grę/
cis accidit ĩ Apollonio. Nos em̃ Itali (ut dixi/
mus) neq; adeo natura ĩhũani sumus: quin
libenter admittamus externos quosq; ad hu
iusmodi nobilissimum pręclarissimũq; certa
men eloquentię/quę floret in Latio: sicut & cę
terę oẽs honestissimę disciplinę: cũ uidelicet
uobis pręcipue Gallis olim Roma triũphãs
ius Senatoriũ in urbe/ac ciuitatẽ ipsam Ro/
manã: & ius adipiscendorũ honorum in ur/
Tacitus. be (ut scribit Tacitus) spõte cõcesserit datũq;
id fœderi antiquo: ut soli Gallorũ fraterni/
tatis nomen cum po. Ro. usurparent. Quare
ergo (ut soliciti modo atq; anxii) eloquẽtiã
uobis inuideamus: qui uos in urbem Sena/
tores acciuimus. Totũ em̃ hoc cædit ad Italię
gloriam: ut ipsa (iuxta Plinium) sit quodã/
Plinius. modo terrarum omnium parens & alumna
numine deum electa: quę cœlum ipsum cla/
rius faceret/sparsa congregaret ĩperia: ritusq;
moliret: & tot populorum discordes ferasq;

(inquit) linguas sermonis commercio trahe-
heret ad colloquia: & humanitatem homini
daret: breuiterqꝫ una cunctarum gentium in
toto orbe patria foret. Quid igitur inferam? Exhorta
Certate uiri optimi Galliæ, nobilissimiqꝫ adu tur Gal-
lescentes certate (ut Symphoriano nostro cō los ad
gratuler) huiuscemodi pulcherrimę atqꝫ niti eloquen
dissimę eloquētię fontes adoriri: & illius splē tiam.
dorē nō tantum scriptis q̄ uoce gestu & acti-
bus uēdicate. Ludus quippe simul & fructus
hūanę cupiditatis in medio positus est. Nul-
li pręclusa uirtus (inquit Seneca) omnibus
patet: oēs admittit: omnes inuitat. Et q̄q̄ bel-
lum (ut ait Plutarchus) Torrentis instar se-
cum omnia trahat: solam tamē doctrinā ne- Seneca.
quit arripere: sed super omnem possessionem Plutar
pręeminet generosa possessio: quę sparsa col- chus.
ligit, erogata reuertit, publicata suscipit in-
crementū. Non negauerim tñ ex tot bellorū
icēdiis: ex quibus iā ferme per uiginti annos
Italia nr̄a cōscisa atqꝫ diuisa est: ingenia detur
bata plurimū languisse. Sed noli putare hoc
ideo Italiā exhaustā atqꝫ effœtā: quin in cun-
ctis disciplinis affatī atqꝫ ubertim floreat: ut si
quis speret de Latio ferre triūphū (Bona ami
coꝝ uēia dictū sit) sētiat illud Vergilianū. Dū
domus Aenes capitoli imobile saxū accolet: Vergili-
Imperiūqꝫ pr̄ Romanus habebit. In summo us.
custos Tarpeię Manlius arcis stabit, p̄ tēplo: &
Capitolia cœlsa tenebit. Aspice q̄ netiā referē

tẽ ſigna Camillũ. Illic res Italas Romanorũq́ triũphos aſpice: quibus ut modis fœlix illa ĩ/clyta Roma Imperiũ terris animos equauit Olympo. Et ut de eloquẽtia (cuius gratia ad iſta deuenimus) nõ nihil dicã. Habet adhuc Italia Cicerones ſuos/ Salluſtios/ Frontones Plinios/ Symmachos/ Gellios. Addet & (ſi libet) Liuios/ & de antiquioribus Cracchos/ Scauros/ Lelios/ Galbas/ Antonios/ Catones Sceuolas/ Pomponios/ Aquilios/ Trebatios/ Sulpitios/ Hortenſios/ Varrones. Et quia poetica facultas cum eloquẽtia annumerãda eſt. Habet etiã hodie Vergilios ſuos/ Horatios & omnis generis Lyricos uates/ Iambicos/ Comicos/ Traicos/ Elegiacoſq́. Habet aũt etiam Gallia ſuã (ut in opuſculis tuis legi) ſimiliter facundiã. Vt quid. n. diceret Poeta. Gallia cauſidicos docuit facunda Britannos. Aut quid illi fruſtra eſſet appoſita ara Lugdunẽſis apud Ararim flumen? de qua Iuuenalis. Palleat ut nudis preſſit qui calcibus anguẽ. Aut Lugdunẽſem rhetor dicturus ad aram. Diuus tamen Hieronymus ſic arbitratur ut unaqueq́ prouincia habeat aliquid propriũ quod alia eque habere nõ poſſit. Vnde & preclarus (inquit) Orator: reprehẽdẽdũ neſcio quem putat ꝙ grecas literas nõ Athenis ſed Lybie: latinas uero nõ Rome ſed ĩ Sicilia didicerit. Et cum ita ſit (Si tecũ licet iocari mi

Quãtos habet Italia hac tẽpeſtate uiros.

Iuuenalis.

Iuuenalis.

Diuus Hieronymus.

carissime Symphoriane) surripiẽt ne nobis alieni quę nobiscũ a natura creuit eloquẽtiã? Absit ut quis latiũ priuet hereditario suo ac quasi naturali iure suffultum. Vtinã potius ne ex intestinis odiis ac factionibus/ Bellorũ incursibus Italia nostra frãgeretur quã ꝙ ti/meamus eloquentiã cęterasq; optimas artes ab Italia asportari. Sed in hmõi q̃rimonia ad Platonis menexenũ similitudĩe quadã te re/mitto. Atq; iã de hac re satis iocoseq; in Symphorianũ carissimum meũ pro latii honore dicta sint. Cęterum quãtum te amem mi suauissime Cãperi: nequeo id satis literis expri/mere: qui talẽ mihi amorẽ literis tuis iudicasti: ut me pene fœlicẽ arbitrer qui sentiã amari abs te uiro omni laude omniq; amore di/gnissimo ac pręter cumulatissimũ quẽ mihi plus satis ęquo amorem/ & supuacaneã lau/dẽ tribuis (cito iam claudẽda est ep̄la imbecilli stomacho languescẽte) post cõmẽdationem eloquẽtię gallicę quã tetigimus: postq; diligentẽ studiorũ Fabri nostri discussionẽ/ Platone citato ĩ parmenide ad doctrinã Dionysii de simplicitate dei ac uno & primo oĩm principio: Polliceri insuper uisus es mihi Platonis Aristotelisq; concordiã. Rogo te igitur mi Symphoriane ut quãprimũ hãc Symphoniam in lucem edideris: libeat tibi per fidos aliquos nuntios mihi illã hylari uultu dul/

Desyde/rat Pla/tonis at/q; Aristotelis concordiam quam Sym/phoria/nus mollit.

citer ĩpertiri. Res eñ hęc ipsa iam a ne pluri/bus ẽ hodie locis disseminata: ut exardescant iã plurimi & quidẽ uiri ĩsignes uidere Cãpe/rii nr̃i monumẽta: ac post lõgas series ratio/nũ Platonicarum a Marsilio ficino nr̃o dedu ctas: postq̃ defẽsionẽ ipsius Platonis a Bes/sarione cõscriptã atq̃ post ingẽtia Plotini uo lumina (ut ceteros innumeros fęre Platoni/cos taceã) experiamur quoq̃ Cãperii nr̃i in/geniũ uiuacissimũ: & tãq̃ in speculo dimotis tenebris uiuã ĩpius Platonis effigiẽ ĩtueamur uale amicorũ optime uir Symphoriane. Cui & tibi/ & Fabro/ & Carolo nr̃o intima pręcor dia atq̃ externũ amorem deuoueo. Si quid ĩ me est utere ꝑ arbitratu tuo qui totus sũ tuus Interim ego deũ optimũ ac superos rogabo ut mihi cõcedãt in amplexus aliquãdo tuos irruere suauissimos ãteq̃ moriar. uale. Ex astẽ si nr̃o Cœnobio sanctæ Marię nouę quitodecimo calẽdas Maias. M. ccccc x V.

¶ Epistola responsiua de antiquitate & ori/gine & laudibus Gallię.

¶ Symphorianus cãperius celta illustrissimi dñi ducis Calabrię/ Lotharĩgię/ & Barri corporis consiliarius primarius. Hieronymo papiẽsi Gallo trãsalpino uel insubri ex Burgofrãco oppido oriũdo diui Aur. Augu. ꝓfessiõis ob seruãtię canonico regulari multiiugæ doctrinę ac theologię ꝓfessori eximio iuxta. L. Apu

le iũ madurẽsem phm̃ Platonicũ ꝓ se oĩa pri/
ma& more Gallico atq; celtice scribẽtium fœ
licitatem.

Q Vas detulit iucũdissimus Baltha/
sar de gabiano nr̃i amantissimus
paucis ante diebus ad me lr̃as / mi
scuerũt nescio quonã pacto cõmi
seratiõe quadã animi lętitiã: reddi
derũtq; dolorẽ iter uoluptatẽq; ancipitẽ cũ i/
telligã te aduersa ualetudine iã dudũ laboras
se. Sed solet nõnũq̃ uiris fortibus& sapiẽtibus
nõnulla obiicere deus q̃ iperitũ uulgus sane
aduersa putet: q̃ tñ excelso/atq; elato uir ani/
mo facile cõtẽnat/ ac ꝓ nihilo ducat: ęgritudi
nes & si a quibusdã uirtutũ officiis tardãt/ ab
innumeris tñ q̃ facturi incursuriue fueramus
delictis/periculisq; nos liberant. Vnde & ipse
Iob patientiæ specimen quem carnis infirmi — Iob pa/tiẽtię spe cimen.
tas in uitę satietatẽ adduxerat: clamat dicens
Cunctis diebus quibus nunc milito expecto
donec ueniat immutatio mea. Fœlix igitur
ægritudo: quę id a nobis aufert incommodũ
quo quasi absynthio generali uoluptas oĩs e
uita discedit. Gladius ille quem supra caput
Damoclis conuiuantis Dionysius tyrãnus — Diony/sius tyrã nus.
appẽdi iussit: quid aliud notat: q̃ nullã relin/
qui cũ metu mortis ĩ uita dulcedinẽ? Sic& nos
solemus aliqñ eũtẽ equũ calcaribus ut cele
rius gradiat̃ urgere. De hoc aũt tẽtatiõis gñe

18

Grego/rius.

Gregorius in ezechielē loquens ait. Quod flagellū grano: quod fornax auro: quod lima ferro: hoc facit tribulatio uiro iuſto. Itē percutimur in uia: ne uiā pro patria diligamus. Lege Regū libros inuenies regem Dauid in aduerſis omnibus quę multa perpeſſus eſt patientē pium: mitē: lōganimē: & a dei timore nunq̄ diſcedentē. Lege Ezechiā regem in lecto iacentē cum lachrimis conuerſum ad parietem quindecim uitæ: ac ſanitatis annos impetraſſe: de noſtris hoc eſt de chriſtianis nihil dixerim. Sunt enim omnia hmōi exēplorū plena uolumina: & chriſtianæ uitæ regula eſt mala pati: & mala non reddere. Supereſt ut deo ac dei amicis aſſiduis ſupplicatiōibus te cōmendes: & ut amici Iob egrotāti conſulebant ad ſanctorū aliquē conuertere. ſic futurū eſt ſaluis mercibus & naui uelis paſſis: uētiſq; ſecundis cū magno meritorū prouentu ac fenore portū ſempiternæ quietis introeas. Quā tibi mihiq; concedat pater miſericordiarū: & deus totius conſolationis: qui conſolet̄ nos in omni tribulatione noſtra. Supereſt ut litteris tuis reſpondeā. Eſt enim iucundū mihi ad te ſcribere: iucundius legere tuas epiſtolas: ſed multo certe iucundiſſimū crebrum id: mutuūq; obire munus. Nā id cū fit: ueras uideor audire ac reddere uoces. unū te præcipue oro: ne literas numeres meas: ſed uolun

Dauid patiens.

Ezechias rex.

Chriſtianę uite regula.

Ad aliquē ſanctorū cōuertere.

Non literas ſed uoluntatē petit ſymphorianus metiri.

tatē ipsam metiaris. Quorum primū forsan diuturnū silentiū pariat : alterum uero fascē literarū rependat : id tibi persuadeas uelim: summā mihi ex tuis epistolis uoluptatē comparari. Quippe quę amoris perspicuū faciunt documentū. Proinde perge ad me scribere: & expecta tuorū laborū non iniucundā uicem: ita se profecto res habet ut minus distet amicus ab amico q̄ flexus radius a directo. Quid enim est oro reflexio q̄ directio altera? Quid reflexus radius q̄ directus alter? Ergo mutuus amor reciprocatio quædā est in eū unde emergit fontem: & amicus is alter est ab eo qui studiose quenq̄ prosequitur: directus radius causa est & initiū resilientis : ita & amicus amicū pulsat: quęq; in primis literæ scribuntur eas eliciunt quę rescribuntur ab amico. Directus radius haud secundū se in numero inscriptū reddit : sed per reciprocū eundem in specie: & pariter qui primus scribit haud eadē in numero sua scripta: sed paria in specie rescriptorum amici fenore redduntur. Nosti ne quosdā radios esse infecundos : qui minime resiliant? Nullos ego tales ex natura sua esse perpendo Ex natura tamen subiectorū corporum quibus incidunt: id plerūq; accidit: ut si in mollē aut liquidam substantiā inciderint : cum soleant magis a solidis tersisq; corporibus ueluti a speculis fieri reciproci. Nā lusoria pila

Amicus ab amico minime distat.

Mutuus amor reciprocatio quędam est.

Carolus qui et beryllusuo catur.

(ut is quē in epiſtola tua berylllū uocas lucu lientiſſime ſcribit) in lutum decidens qui reſi liet ? alliſa autē marmori ad manū mox redi/ dibit. Qui ergo (inquit) ad amicū nentiq̄ re/ ſcribit: uidesne poſſe illū iure liquidiori con/ ferri ſubſtantiæ. Qui uero litterarū fœnus re/ mittit/ & marmori/ & ſpeculo cūctiſq;/ſolidis corporibus euadere perſimilē: perſeuera ergo & marmor eſſe & ſpeculū. Sed a philoſophia ſuperſedeo : ubi me charta pene deſeruit.

Attingenda eſt hoc loco iocoſa illa particula epiſtolæ tuæ qua italiam & romanos cōmen/ das: in qua uideris mihi gallis ſubiraſci : atq; in eoſdem inuehi. Arriſi ſane ad hanc amici mei Hieronymi lepidā urbanitatem : qui ui det (ut uerbis illius utar) fortaſſe adeo me ſibi/atq; Symphoriano grignano mantua/ no amore deuinctū/ut puret hieronymum & ſi animo romanus: ſit: Italum eſſe. At for/ taſſis parum hoc modeſte tuliſſent Cęſar in commētariis ſuis/Strabo/Pomponius mela Dyonyſius : & ptolemęus in libris quos de ſitu orbis ſcripſerunt: qui galliam in Ciſalpi nam & tranſalpinā diuiſerūt. Eſt autē tranſal pina quę ab italis Ciſalpina dicitur: ab uſu to gæ togata noīata. Ciſalpina autē eſt quā itali tranſalpinā uocant: quę uno nomine coma/ ta dicta eſt. Ego tamē ut uerbis utar tuis amo ri tuo hieronyme q̄ libentiſſime cedam/ſciens

illud ut de me scribis appositissime scriptum
Nescio q̄ cōsuetudo/q̄ ut dicit altera ē natura
dulcedine q̄dā cūctos ducit/& īmemores nō
sinit esse sui. diligētis siquidē uiri esse patrię
sуę originē progressum & nomen:& quęcūq
illi per superiora tēpora cōtigerint non igno
rare. Ego igitur hieronyme carissime & si ani
mo sis italus/gallū tamē corpore te esse&scio
& assero : nā ut Trogus pōpeius scribit. Galli
sedibus thuscos expulerunt:& mediolanum
Comū/brixiā:ueronā bergomū:Tridētū:uin
cētiā cōdiderunt Color&statura gallis Cisal/
pinis& trāsalpinis pene idē est/ī utraq gallia
color uulgo cādidus:cultus & sermo accura/
tior. Gallia enim Lactea regio & candida dici
tur:nā præter ceteros albi sunt galli. Quapro
pter a græcis propter huiuscemodi colorē gala
thæ dicūtur ab eo quod est galla idest lac. Cō
tra in italia & hetruriæ tractu latio/Cāpania/
Lucania/& brutiis/Aquilinus color:capillus
niger: breuior statura : & macilenta:sermo &
cultus simplex. Omnia similia ī piceno : & his
qui superi maris orā accolūt / usq in magnā
græciā:nisi q in appulis/Calabris/& iis qui ex
tremā tenēt italiam:uictus & sermo cū græcis
ꝑmiscuus durat. Sed noli hieronyme charissi
me hoc iō gallos īurbanos & ignobiles puta
re/q barbari ab gręcis& italis uocētur. fuit eñ
deo gratū hoc nomē : iōq barbara diuinitati

Diligentis uiri officium.

Trogus pōpeius.

Ciuitates quas galli condiderunt

Gallis cisalpinis & transalpinis idem ferme est color.

Italorū mltiplex uarietas

Barbara diuinitati cognatiora sūt.

Zoroaster. cognatiora sūt. Vnde haud ab re Zoroaster primus ethnicorum theologus uetat barbara uerba mutari. barbara uero dicebantur hebraica uel proxime inde deriuata. Flosculi nãq; sermonis & uenustas elegantiarū post hebrum & linguarum distinctionem a curiosis potius quã sinceris hoībus est excogitata.

Sermo simplex. Simplex autē sermo purus: incorruptus: sanctus: breuis: & cōstans hebręorū est: quo deus cum homine: & homines cum angelis locuti perhibentur coram deo & non per interpretem: facie ad faciem: nō per Castaliæ riuū: nec antrum Trophonii: nec arborē dodonæ: nec delphorum tripodem: sed sicut solet amicus loqui cum amico: de uetustate uero & ordine si nostris historicis minus confidunt Itali: ex ethnicis discant neminem omnium scriptorum iueniri qui sit Moyse antiquior quo tempore regnabat apud Celtas Gallos Allodrox quē posteri (ut Berosus auctor ē) Allobrox protulerunt: nō est dubium hunc fuisse illum qui in australem Narbonēsis prouinciæ partem cōmistas colonias deduxerit uocatas Allobroges: in quibus cosmographi urbes illustres describūt Viēnã: Gebēnã: & Auinionē. rursus apud Lugdunū lugdus successit qui icolauit Lugdunēsem ꝓuinciã: ut nomen est argumēto: a quo ut Berosus scribit

Berosus prouinciæ & homines cognomenta sumpse-

runt/q̄ ita intelligēdum esse existimo ut prō uinciā intelligat totā partē Lugdunēsem: ho mies aūt Lugdonicos dictos: quos postea. g. ablata Ludonicos dixerunt. Eiusdē Lugdi tēporibus apud Tuiscones regnabat Hercu/ les alemānus: ut in saturnalibus Macrobius scribit. Et ob id teste Cornelio tacito: omniū uirorum fortiū Germani ituri in prelia hunc Herculē canūt. Numerant ab Moyse usq; ad captum Ilium trecēti & decē anni. Quo tēpo re genti hebraicæ præfuit abson. Celtis Allo/ brox & Lugdus: Argiuis Agamēnō Egyptiis uafer: Assyriis Tētamus. Quod aūt anteq̄ in Græcia & Italia fuerint literæ atq; leges Gal/ lis auctor est Berosus. is in quinto antiquita tum sic dicit. anno quarto nini literis & legi bus format Celtas Samothes: & Celtiberos Tubal. Comerus uero fuit primogenitus Ia/ peti post diluuiū: ut tam Berosus quā Moy/ ses scribunt. Gallus Epitheto paterno dictus est. Est aūt Gallus nomē: ut de equiuocis xe/ nophon docet pluriū originū: nam ut latinę originis significat maritū Gallinæ: ut Grecæ candidū: ut Celtice Francigenas a Galathæ fi lio Herculis teste Diodoro li. sex. ut Frigie ca stratum uti Gallis Cibelis: & Gallus fluuius quia ad insaniā secandi testes inducit: ut aūt hebreæ originis significat inundatū: ergo co merus Gallus inundatus Epitheto paterno

Hercu/ les ale/ mānus.

Macro/ bius.

Corne/ lius Taci tus.

Berosus

Gallus nomē est plurium originū.

20 b

Samothes. Galli Samothei primum dicti. Diogenes laertius. Cęsar. Iamblichus. Gręci nouarũ rerum studiosi. Asclepius.

dicitur. Celtas uero siue gallos francigenas cõdidit Samothes. Fuit enĩ Samothes frater comeri atq; tubalis ex iapeto patre: a quo primũ galli Samothei dicti fuerunt: & pręcipue phi/ atq; theologi sectatores eius: unde Diogenes laertius in principio de uita phorũ philoso/ phiã inquit a barbaris initia sumpsisse cõplures auctores asserunt. Samothes quoq; cognomine dis litteras sagas dedit. q̃ phenices erãt a quibus gręci suas: Itali uero a Gręcis formauerunt: quas principio galathis & meonibus tradiderunt galli prisci: nã ut auctor est Cęsar ĩ sexto cõmẽtarioꝝ galli a dite disciplinas nacti etiã usq; ad sua tẽpora eas retinuerũt/usi literis/quibus & gręci: neq; galli a gręcis. sed potius a gallis Asia & gręcia: cum coloniis etiã literas & disciplinas cõsequutæ fuerũt. Frustra enim a græcis & latinis uerba cœlitus demeãtia & diuino syllabarũ cõtenta suffragio noĩa petieris/propter nouitiã dicendi artẽ: & nuperrimã uarietatẽ loquendi. Gręci namq; ut ait Iamblichus Chalcidensis porphirii discipulus natura rerum nouarũ studiosi sunt: ac pręcipites usq;q̃q; feruntur instar nauis saburra carentis nullã habentes stabilitatẽ. Neq; conseruant quod ab aliis acceperunt. Sed & hoc cito dimittunt: & omnia propter instabilitatem nouæq; inuentionis elocutionẽ transformare solẽt. Et iccirco Asclepius trimegisti mer

curii discipulus in libro ad ammonē regē ita proclamat. Quantū igitur possibile est o rex omnē (ut potes) sermonē serua inconuersū ne ad grecos perueniant talia mysteria: neue grecorū superba locutio atq; dissoluta/ac ueluti calamistrata debilē faciat grauitatē/ualiditatē: atq; actiuam nominū locutionē. Græci enim o rex uerba habent tantū noua demonstrationū actiua. Et hec est græcorū philosophia uerborū sonus. Nos autē non uerbis utimur sed uocibus maximis operum. hec ille. Quapropter ægypiit quidā sacerdos recte soloni apud platonē i thimeo respōdisse laudatur quādo aiebat solni. O sc 15/Soló greci sēper pueri estis: nec est quisq̄ egrecia senex quia iuuenis semper uobis animus in quo nulla est ex uetustatis commemoratiōe prisca opinio/nulla tempore cana disciplina: sed nec ab ægyptiorum solum: quáuis uestutiore ut putāt disciplina diuinorum cognitionē habuerūt. Nam ut socrates in Cratilo platonis cum hermogene philosophatur/omnia certe diuina nomina uel a diis primū/uel ab antiquitate cuius initium hand facile scitur: uel a barbaris prodita sūt. At uero deos suos ægyptii propriis manibus finxere patris eorum hermetis Trimegisti testimonio: errantes circa nomen diuinitatis/&nō animaduertētes ad cultum religionem q; dei ueri. Docebit nos

Plato in thimeo.

Hermes trimegistus.

21

Herodo/tus hiſto riarum pater.

herodotus pater hiſtoriarũ in libro ſecundo ægyptios ſe nolle dici barbaros: magis uero cunctas nationes cęteras. Atq; tam abhorrent & dedignantur hoc uocabulũ quaſi regioni ſuæ ignominioſum. Iccirco ſunt ab hoſtibus hebręis appellati barbari. Ita canticũ illud ĩtel ligo. Cum exierit iſrael de ęgypto: & domus ia cob de populo barbaro fuit iuda in ſanctimo niã ſibi. barbaros utiq; in contemptũ arbitra bor uocatos ægyptios: quia barbari uocari no luerunt. Atqui loes hic potius ruditatẽ & he/ betudinem deſignat: Littera .n. in .l. uerſa: quãuis ubiq; loes barbarum exponatur. Eru beſcãt itaq; ægyptii barbaros ſe dici/ & iniuria rũ agant Et quomodo zoroaſtri ſacrorum ut aiunt principis: hoc ſacerdotiũ decretũ acci/ pient: cũ uetat in ſacris barbara uerba mutari. Igitur barbara uerba quibus ĩter ſacra immu tabiliter & incõtaminate utamur: non erunt ægyptia quin potius erunt moſaica. is enim moyſes hebręus corã deo ſe barbarũ: hoc eſt craſſilinguẽ & grauiloquũ confeſſus eſt cum ait. Mi domine non ſum uir elegantiarũ: ſed graui ore & graui lingua. Et ſi ad amuſſim cũ ctas hiſtorias rimari libet: inueniemus omnes orientis nationes moleſte ferre barbarorum nomen præter moyſem cũ populo ſuo qui pa lã ſe duriloquũ & barbarũ eſſe nõ inficias iuit: idq; memorie per litteras prodidit. Nec nos ip

ægyptii barbari uocari nolue runt.

Moſes ſe craſſilin guẽ con/ feſſus eſt

ſos ueſtigia ſua imitantes decet negare barba
ros eſſe. Non q̄ penitus noſtra loquendi ſit
iners rõ: habemus eñ ad regulã idioma cõpo
ſitũ: & grãmaticem artẽ excercemus: & apud
nos in precio habẽtur Statius tholoſanus: au
ſonius burdigalenſis. Victorinus maſſilien/
ſis. Proſper epiſcopus remenſis. Auitus epiſco
pus uiennẽſis. Sidonius aruernorũ epiſcopus
Genadius epiſcopus maſſilienſis. Fauſtus poe
ta clariſſimus lugdunenſis: qui os & calamũ
noſtrorũ alias inſtituerũt. Quare non q̄ elin/
gues & ruſtici ſed q̄ primi hominum in euro
pa ſumus. Nimiũ multis ſermonibus aures
tuas cariſſime hieronyme ex ſingulari meo lo
quacitatis uitio auſus ſum obtundere: dũ ali/
quantulũ conor affirmare uetuſtiſſimas gal/
lorum diſciplinas in mirabilibus philoſophię
rationibus efficiendis: non Græcorum: non
egyptiorum: non iudeorum: adderem neq; la
tinorum: niſi tam contigua eſſet tranſalpina
ueſtra gallia & latinis uicina Sed ſolũ gentis
barbaræ & illius antiqui hebri cuius ſermo in
diſſipatione linguarum uſq; ad moyſem &
poſt illum ad nos purus atq; ſanctus perue/
nit. Sed huiuſmodi querimoniã ad Cæſarem
pomponium/ Beroſum. Salluſtium. Iuſtinũ
Corneliũ Tacitum/ Strabonem/ cæteroſq; coſ
mographos qui plurima de gallis ſcripſerunt
te remitto cariſſime Hieronyme atq; iam de

Fauſtus lugdunẽ ſis.

22

hac re satis: ac iocoseq; i Hieronymũ carissimũ meũ pro Galliç ex qua illi origo est defẽsiõe di cta sint. Quod aũt ad amorẽ Fabri nr̃i spectat: aperiam paucis meam sententiã. nuper cum apud Parrhisios una cũ pricipe nr̃o essemus ubi christianissimus rex triumphabat: Fabrũ nostrũ uisitauimus/uel si mauis Faber Sym/ phorianũ/conuenio uirũ: alloquor/& quem longis antea tẽporibus nouerã/contemplor/ ab ipsoq; humanissimç recipior. proposui ei multa de naturalibus: multa de theologicis quæstionibus. Ac is solutiones quippe tales afferebat quæ a me certe ut diuina prorsus ui derẽtur oracula. Socraticã eñ redolet Faber disciplinã. Platonicã sapit hubertatem. Et ad Demosthenis acumẽ: & ad præclarã illius elo quẽtiã ꝑxie accedit. At cũ ego litteras illi tuas ostẽderẽ: multa diximus ambo de laudibus tuis in morem panegyrici: uarios persepe de te: deq; doctrina tua sermones cedit: tuas lau des prçdicat/eloquẽtiã extollit/ingeniũ am/ miratur. Quas ad me litteras scripseras/ tã io cũde legit: ut nihil ad sũmã uoluptatẽ pene addi possit. Te uero aureũ flumẽ appellat/& tua scripta quasi cœnã dubiã dubiã putat esse/ubi nesciat quid potissimũ laudet Sed nõ est hic satis idoneus laudandi locus: id tñ mi nime siluerim/Fabrũ celtaꝝ philosophorum principẽ nostrã quãplurimũ affectare Sym/

Iacobus Faber Stapulẽsis belga Hieronymum papiensem aureum flumen appellat

phoniam: ut uideat ipse qualiter Camperius Platoni concordem faciat Aristotelē: cū Bessarion cardinalis Theophrastū citra Aristotelē: Aristotelē uero laudandū censeat citra Platonē. Velim proculdubio carissime Hieronyme non te lateat nostri Platonis atq; philosophorꝝ peripatheticorū prīcipis Symphoniā nuperrime Parrhisiis Ascēsii Badii prælis mādatam: quæ quū primū in nr̄as manus redierit: ad te una cū tuis (ueluti quodā operis argumēto) literis sum destinaturus. Eam em̄ ea de causa tradidi imprimendā ut meus erga te amor / ac obseruātia fieret testatior / uulgatiorq;: & ut in mille exēplaria trāscripta nomen tuū / meūq; latissime circunferat. Nemo em̄ est qui sese doctrinarū audeat ꝓfiteri studiosum / aut uirtutū harū etiā mediocriū cultorē / qui Platonis nostri nō mireť maiestatē hominisq; minime imitabilis nō sūmopere īmortalitate rapiatur: quē cum in libris suis oībus: tū ī Oratore. M. Cicero maximis phīs cōparat: & oībus his uerbis āteponit. Quanq̄ em̄ & phī quidā ornate loquuti sūt. Siquidē & Theoprastus a diuinitate loquendi nomē inuenit: & Aristoteles Socratem ipsum lacessiuit: & zenophōtis uoce multos quasi loquutos ferunt: & longe omnium quicūq; scripserūt / aut loquuti sunt extitit & grauitate princeps Plato / quem etiam in libri tertii de Cicero.

oratore prefatiōe ita laudat: & extollit ut ma
gis fieri neqat oīno libros Platonis ſcriptos
diuinitus Plato linguæ animi & uirtutis ma
giſter. Item in oratore. nec uero Ariſtotelē in
Cicero ī Bruto. philoſophia deterruit a ſcribendo amplitudo
Platonis. In Bruto uero ita. Quis enim ube/
rior in dicendo Platone? iouē ſic ut aiunt phi
lophi ſi Grece loquatur: loqui: quin & Demo
ſthenem ſciens de ſeſe in quadam epiſtola ſe
ſtudioſe legiſſe Platonem. Quorſum hec in/
quies Hieronyme cariſſime de Platone tam
multa? Equidem ſcripta a Boetio: Simplicio
Apuleio: Plotino. Porphirio: Ammonio:
Neumenio Origene & poſtremo a Marcilio
noſtro ficino ac etiā a clariſſimo Beſſarione
necnon a Ioāne Pico mirādulano tum cæte/
ra/tum ꝑ Platone maxime ſuperioribus mē/
ſibus perlegens putaui optimo cōſilio factū
iri ſi Ariſtotelis cum ipſo Platone & Galeni
atqꝫ Hipocratis cū eiſdē Symphoniā latinorū
multis propter librorꝫ raritatē. Item propter
lingue uetuſtatē: immo uero incredibilem in
Campe/rii Sym/phonia. naturalibus Symphoniā ignotā ueluti ex ti/
neis potius quā ſcriniis: erutam ea qua con/
ſueui opera: ne dicam ſolertia uoſtris Celta/
rum philophis traderē perlegendā. Sympho
niā igitur Platonicā in qua una ſummæ eru
ditioni precipua linguæ copia & gratia cōiun
cta eſt: mediocri uigilātia ut in archanorum

meorum penuria licuit: redegi in unum cor
pus: uariis in locis mẽbratim pquiſitã/eamq;
impreſſoribus nr̃is tradidi exarandam. leges
igit̃ cariſſime Hieronyme nr̃am Symphoniã
hilari uultu: idq; ea frontis ſeueritate perlegi/
to: qua hmõi ſcripta legere conſueuiſti. Nam
ſi a te/tuiq; ſimilibus probabit̃: uerũ quidem
operepreciũ me feciſſe putabo. itaq; rogo te
ut quicquid hac de re tibi cordi ſit: q̃citiſſime
ad me ſcribas/ quod erit mihi gratiſſimum.
Tuas literas percupide deſydero: me autẽ ha/
bebis ſemper tuis ſtudiis obſequentem/non
ſecus atq; optimum fratrem. commenda me
noſtro Balthaſar de gabiano: & tuos omnes
tibi ſimiles iube ſaluere meis uerbis. uale dul
ciſſime Hieronyme & Symphorianũ cũ ſua
Symphonia & Symphoniace te amantẽ ue/
hementer ama.

¶ Hieronymus Papiensis ex Burgofrācho oppido oriūdus/diui Aur. Augustini canonicus regularis / Symphoriano Cāperio patritio Lugdunensi ac equiti aurato Doctori in physicis ac medicina prçclarissimo: totiusq; philosophiç & studiorū patrono illustri cultissimoq;.

Salutem.

S Ententia quidē non mea tantum/ sed aliorū: id certissimū semper esse duxi: quod & ipse nunc in propria experior causa nobilissime uir Cāperi: ut qui in magno aliquo amore uersent: nō minus interdum anxias/mordacesq; curas sentiant: q̄ sepç blandas/aspersasq; lçtitiis pluri/mis uoluptates. Atq; (ut manifestius rē tibi aperiam) patere o mi Symphoriane/ut oculatior aliquantū pauxillulumq; diligentior fiam in amore nostro latius explicando.

Scis quo ardore amicitiā tuam exquisierim: non ob aliam sane causam: nisi quia desyderio te uidendi/sicut & diuinum Fabrum nostrum Stapulensem prçclarissima amborum uestrum monumenta potissimum me excitarunt: ita ut etiā in Galliam traiicerem. Habet hoc in se uirtus prçcipuum (sicut & alias

scripsi ad te testimonio Ciceronis) ut nihil sit ea quippe amabilius : maxime cum ꝓpter uirtutem ac probitatem ipsam/eos etiā quos nunq̄ uidimus magnopere diligamus. Neq; modo attinet de re hac in medium adducere libros philostrati : aut ipsius Tullii/ siue Caii Plynii iunioris / & diui similiter Hieronymi scripta:neq; rursus citabo tot nobilissimorū philosophorum exempla ad sententiam cō/probandam. Trita sunt hęc apud te;qui pro/be noris/atq; in te ipso nō semel expertus es quantū te indies rapiat/quantūq; accēdat ui/rorum illustrium candidissimus amor: quo/rū tu dogmata ac mores assidue directis ocu/lis/& quasi ad filum incredibili ardore emu/laris. sed(ut immorer in singulis)uiso Fabro &(ad letitię ac uoluptatis cumulum) etiam Carolo Beryllo/apud Parrhisios (quoꝝ ma xima sum humanitate & beneuolentia fre/tus)postquā te neq; in Galliis / neq; in Italia nostra alloqui & uidere potui ad faciē : cœpi te deinde literis & epistolis nostris obseruare: expetere beneuolentiam tuam: & desyderatissimā amicitiā uotis scriptisq; cōcire. Firmata tādē inter nos mutuis lr̄is necessitudo/& exi/mius mellifluusq; amor roboratus/effecit:ut absentes nō minus amaremus ĩuicē (a lōge quidē a uultibus semoti)q̄ si pn̄tes ābo carissimis āplexibus astrīgeremur. Inter scribēdū

uero neſcio quomõ obiter occurrerit: ut utriq;
Italiã.s.& Galiam mutuis ambo proſequere
mur laudibus. Ingenue quidẽ mihi res tranſ/
eat in affectũ. At tu mi Symphoriane (aman/
tiſſime tecũ loquar) ſiue ut iocanter erudires
Hieronymũ tuũ more tyronũ ad luctã (quod
& nõnunq̃ dilectis inter ſe amicis accidit) ſeu
quia difficile quãdoq; eſt ſtylũ pro patriẹ lau
dibus cohibere: exarſiſti in heroicũ certamen.
Vidiq; ad hoc longiorẽ epiſtolã tuã: quẹ pene
tota efferuet in laudibus galliẹ: at cõtra uero
Italiã aceto nõnunq̃ & ſale perfunditur. Effla
gitatq; (amanter tamen) ut pro Italia cõtra
galliam paribus quaſi aduerſo cornu cõcurra
tur armis: & in morẽ Apologetici diluantur
ac refellãtur/ſi quæ ſũt perperã dicta/que obe
lo tranſfodere/aut iugulare neceſſe ſit. Ego ue
ro & ſi lubens in ipſo primo armorũ fremitu
ac fragore nõ recuſaſſem pro laudibus patriẹ
tãq̃ amãtiſſimus Patroclus cõcurrere in Achil
lẽ: imo qui iuuenili quodã ardore exultãs iã
iã haſtã eregione in te direxerã: & (ut eſt apud
poetã) Quadrupedẽq; citũ ferrata calce moue
bã. teſtis eſt mihi Florimũdus tuus/imo meus
pariter qui ſæpe mihi arriſit una cũ Ludouico
pictauiẽſi ſocio ad belli ipſius primordia: qua
ſi qui poſſem non ex toto inglorius redire cũ
opus eſſet receptui canere: in ipſo tamẽ curſu
medio piguit multoties incœpti / puduitq;

laboris:cũ propter firmã uix satis ualetudinẽ: tũ etiam propter alias ingentes occupationes meas/quę me ineuitabili quadã lege solicitãt & ad meliores fruges uocãt. Taliter autẽ desti ti; ut iterrupto cursu sępius me cõtinuerim in stadio; rursusq; impellente ardore cõcitaue rim iterũ me pluries ad sonitum cõcrepantis buccinæ: pluriesiterũq; redierim. Vt enim tibi respõderem animabãt me uerba illa Aur. Au gustini: puto (iquit) hoc pulchrũ esse in ami citia: cũ uideas amicos inter se colloqui/ corri dere/& uicissim beneuole obsequi; simulq; in terdũ legere librosdulciloquos: simul nugari simulq; honestari. Tũ etiã blande aliquotiẽs dissentire inter se; atq; ex ipsa rarissima dissen sione condire dissensionesplurimas: docereq; aliquid inuicẽ: aut discere aliquid ab inuicem ex quibus plurimis (ait) a corde amãtiũ & redamãtiũ procedẽtibus /uidemus quasi qui busdã fomitibus cõflare animos simul & ex pluribusunũ facere. Et hoc est pręcipue quod diligitur in amicis. Vt autẽ ab his superuaca neis& ĩutilibus ĩ respõdendo abstineã: ducor ex graui iactura studiorũ meorũ: neq; huius/ modi cõcertationes satis mihi conuenire ar/ bitror: licet iis ad tempus ac succisiuis horis operã impẽderẽ. In facto.n. tantũmodo glo/ rioso mihimetpsi ĩdignãs/atq; ĩsensus / abieci tandẽ arma quibus accinctus erã/ ridẽs leuita

Aurelius Augusti nus.

tē meā q̄ ſic tā belle inſtructus geſtiiſſē cōcur
rere in Symphorianū meū. Nō ꝓpterea ut du
bitare debuiſſes: ſi ſingulis (ut iocaris) clauſu
lis/ aut articulis epl'ę tuę reſpōdiſſē/ rabies ful
mēq; rapidiſſimū teli uice ad uulnera uſq; per
uenire cruētiſſima: quale (inquis) certamen
uallēſi ī raudēſem: Vitellio ī merulā: ī Balbū
Fauſto: (& quod āplius) politiano in Mabi
liū. In certamine quippe noſtro nihil tale erat
extimeſcēdū. Neq; putare etiā debebas nos ha
bere aliquas tāq̄ cēturias ī te ꝯducēdas: ac ſi pu
gna ipā redacta eſſet ad Triarios. Rurſūq; ſu/
ſpicari nō poteras blādā nr̄i amoris luctā tāq̄
gladiatoriū munus Retiarii. ſ. in mirmillonē
ſed potius (ut diximus) amātiſſimi more pa
trocli ī Achillē ita ut caduceatore nō opus eſ
ſet/ qui lites dirimeret inter nos: etiā ſi dimica/
tricē literis tuis epl'am miſiſſē: ſicut tu efflictim
atq; anhelanter expetere a me uiſus es. Quic/
quid eſſet blāde/ ac quaſi remotis arbitris res
nr̄a tātū uerſabat' apud nos: mō tu nō ea ī pu
blicū diuulgaſſes: illudq; tibi perſuadeas: me
nihil uſq; adeo abhorrere ī certamīe litterarū:
q̄ inſolētē aliquē iniuriū: aut Oſorē: & impu
dētia liuoreq; tumidū: qui ſolus ſibi ſapiat:
qui genuinū exerceat: aut qui imitet' Timonē
Archilocūq;/ & Hipponactis fulmīa torqueat
in ſcribēdo. procul iſta (O ſuperi) Lōgeq; ab/
ſint a pectore amicorū & quorūcūq; de fide
nr̄a optime ſētiētiū: quāto magis a pectore re/

Certa/men ualle in rau/denſem atq; alia Pugna redacta ad tria/rios.

ligioso? cui cādida prorsus & sicera oīa eē dn̄t
Nam si in secularibus uiris legit̄ cū stomacho
Sallustius nr̄ alioqui uir grauissimus: quo/
ties caninā eloquētiā exercet ī Tulliū: pariq̄;
itidē crimīe dānat̄ Asinius pollio ī ip̄m/& cor
nificius in maronē. De grecis uero pre ceteris
Zoilus Homeromastix ī Homerū. In religio/
sis līguis an nōhmōi ꝓcacitates mere blaffemie
sūt? quas quisq̄; merito debeat execrari? Nūq̄
itaq̄; tibi fuerat opinādū symphoriane: ut tā
crudeliter līguā ī te ip̄e armassē: cui potius cor
di illud eē debuerat. infœlix puer atq̄; impar Virgilius
cōgressus Achilli: sed (ut ad rē ꝓpositā redea
mus) cū uiderē cōcertatiōes has (licet ioco/
sas) parū mihi licere (& si aliqua ex p̄te liceāt
ut tibi beneuole morē gererē) Oīa tn̄ mihi li Beatus
cēt (inquit apl's) sed non oīa expediūt. Egi ut paulus
apologie ip̄i silētiū penitus iudicerē: sup̄sederē
q̄; ab hmōi uelitatiōe. quā merito quilibet uir
grauissimus (sicut faber nr̄) ī secreto cōsciētie
sue cōtēnat: ac iure dānet) uti deditissimus to
tus ē diuis sacrisq̄; rebus) Si uideat me agere
cōtra apostolicū dogma: quo monemur iuue
nilia desyderia fugere: futiles itē atq̄; inanes &
sine disciplina questiōes/& geneologias/& pu
gnas deuitare: sciētes (iquit) q generāt lites:
& inutiles prorsus sūt: ac uane. Seruū autem
domini nō oportet litigare: sed mansuetum
esse ad omnes. Deniq̄; & a seneca & a Gellio Seneca

sugillantur: irridẽturq; nõnnlli: qui cõplura de minutulis q̃stiõibus philosophię/nec nõ & disciplinis liberalibus scrupulose nimis & anxie perscrutantur: quasi turpe sit in tam breui uitæ spacio/& temporis angustia melioribus nõ occupari studiis: q̃ peruestigare (ut etiam irridet Augustinus) quo nomine a curiosis uocitata sit mater Furiali? At tu lituo ĩsonas o Camperi: urgesq; & uocas ad pugnã: ut. s. tibi respondeã: tanto ardore pro gloria dumtaxat & pro laude patrię: ut generoso quo in oĩbus animo es: in eo certe laudis genere uincas Alexandri animũ: quinetiã uincis Themistoclem. uincis & ip̃m Cæsarem. Cũq; hęc ip̃a perlegerem: subiit mihi illud Valerii Flacci in Argonauticis/tu sola animos mẽtemq; per/uris gloria. Atq; apud Siliũ Italicum (quum introducit Hannibalẽ loquentẽ ad milites) Nihi magna satis/satuera superq; Bellandi merces sit gloria: cętera uobis uincãtur. Vide ergo in quo tu me obstricte petis pro gloria o Cãperi. Nam pro Gallia utiq; certas/siue ꝑ laude patrię: a me aũt (quod sciam) studiose nusq̃ lacessitus. Nisi fortasse putes laudasse aliquãdo Italiã/hoc sit obscurasse denigrasse q; laudes Gallię. Quid si ego tecũ frigide agã/ amicitię & amori tuo in multis utiq; parcẽs ac lubens succũbam magis q̃ uiriliter respondeã? An nõ id Italiæ atq; insubrię nostrę tur

Quãtus symphorianiani mus.
Valerius flac.
Silius italicus.

pe & indecorũ putabitur? Rursusq; si conten dam/& pro facto glorioso tantũ uidear tecũ stare in acie: ac pro gloria mihi certã dum sit: quid erit postremo si gloria tãtũ est? Leue id certe/exile/breue/atq; inane solatiũ. Ex quo iactari solet illud tragicũ: o doxa doxa. O glo ria. i. o gloria: quid aliud es/q̃ auriũ inflatio magna? Hinc iure dictũ est ab Anieno carmi ne iambico ad nos translatũ (quum Iupiter Mineruã his uerbis alloquitur) O nata me/rito sapiens dicere ab omnibus: nisi utile est quod facimus: stulta est gloria. Quod cũ in cęteris qui sibi etiã in consiliis/et actionibus suis uidētur liberi/solutiq; ab omni censura/molestissimum sit apud molestissimos uiros effrenę glorię incitamentũ ardens: in religio/sis utiq; animis quãmaxime detestabile est. Quibus tantũmodo iubet Apostolus gloria ri in domino: gloria uero ipsorũ/in confusio ne est (inquit) qui terrena sapiũt: nostra au tẽ cõuersatio in cœlis est. His igitur mihi sic persuasus detrecto omnino pugnã: tecũq; de hac re etiam iocose/uel leuiter contẽdere. Sci/ens ab eodem apostolo dictũ: spectaculũ facti sumus mũdo & angelis & hoĩbus. Sed & An. quoq; Seneca cordubensis sic ait. Quum scri bens aliquid dicturus es: scito morum tuorũ te hominibus chirographum esse daturum. Quare (inquit) si prudens es: in futura ꝓspe/

Anienus

Apostolus.

An: Seneca.

ctũ intẽde:& quę possũt cõtingere aĩo tuo ꝓ
pone. Scito etiã te in quibusdã debere perseue
rare quia cepisti: ĩ quibusdã uero nõ mõ nõ
perseuerate: sed nec incipere: in quibus perse/
uerare uel leue sit aut indecorũ. satis itaq3 mi/
hi tibiq3 erit o iucũdissime uir Cãperi; si in hu
iuscemodi blãdo festiuoq3 ac iocoso certamĩe
excuses operã atq3 diligẽtiã nr̃am in scribẽdo:
sicut unusquisq3 sorte sua cõtẽtus sit. Nã re ue
ra rigidulus aliquãtulũ es in nos (ut uides)
atq3 (si ex ioco dicere permittit) inhumanus
qui ut ulterius adhuc protendas fines galliæ
(cũ ex se satis spaciosa sit:& ideo ut ĩ ꝓuerbio
est sẽper uẽtosa gallia) conaris quibusdã io/
cosis argutiis tuis (dũ blãde titilas & latenter
irrepis in sinũ conaris ĩquã partẽ Italię nostrã
hãc insubriã illi adiũgere. Priuareq3 uis me iu
re latii:& renitẽtẽ obluctãtẽ reclamãtẽq3 trahe
re ad aliena castra: dũ ex prisca nomẽclatura
gallię cisalpinę infers me potius gallicũ esse q̃
Italũ. O dulcẽ ridẽdãq3 (dixerim) Amici stro
pham. Ita ne cõtra regẽ nostrũ Numã põpiliũ
terminos exarasti? Ita ne pro iure tuo ac uoto
& cõtra omniũ uirorũ illustriũ historicorum
Geographorũq3 scripta Italię fines prescribis?
quasi nõ legeris apud Vergiliũ: sepius & nomẽ
Vergilius posuit saturnia tellus Sicut & de gallie uestra
quę nã portẽtosa ĩtroducta sũt noĩa: quę uix
Romanis auribus cõsonẽt: aut latino sermo

ni parũ placere possit. Nã quisunq̃ legit apud etiã mediocriter ãtiquos scriptores Delphinatũ/Burbonesiũ/Sabaudiã/Fiãdriã/Hollãdiã/Barbantiã/Lotharingiã/Normãdiã/& cetera id genus irridẽda noĩa: nõ mõ in gallia/sed & in germania/& in Hispania toto q; orbe reliquo? Imo supra Valẽtiniani & Theodosii iunioris tẽpora/ quis unq̃ celebre audiuit uel legit frãcorũ nomen in gallia? a quibus regio ipsa mutato noĩe frãcia post appellata est? Et quæ erat ãtiquitus lusitania nũc dicitur portugaliȩ Britãnia ĩsula facta est Anglia. & Granata nõua agnominatio obscurauit Bethicã. pariꝺti/dẽ modo de Italia nr̃a cẽsendũ: quȩ & ip̃a uaria uidetur sortita esse noĩa iuxta diuersitatẽ authorũ. ut ianicula aliq̃n a iano dicta sit. Camesena a Camese a Saturno saturne (ut ait M. Cato) aliisq; itẽ noĩbus: ut latiũ a latẽdo: Deĩde Tyrrhenia /& Ausonia/& Oenotria. & Hesperia ultimoq; omniũ Italia nũcupata est quæ & colonos habuit nostrates & exteros ac Barbaros (sicut cȩtera natiões) quȩ regiõi uaria ĩdiderũt noĩa ut q̧ ĩ hac prouĩcia ĩsederũt galli: ab ip̃is gallia cisalpina aliq̃n uocata est & ĩsubria. ide ẽt q̧ post mr̃tas ĩ Italiã irruptiones hãc p̃tẽ nr̃am pulcherrimã Italiȩ gẽs Lõgobardorũ / barbara (q̃ usq; ĩ hodiernũ durat) tãq̃ illuuie q̃dã sui noĩs appellatiõe fœdauerit Aduẽtitia (dixerĩ) hec sũt noĩa ad gẽtẽ italicã nihilq; refert quo factitio noĩe q̃s nos appellet

Portugalia olĩ lusitania dicebat̃.

Italia uaria noĩa sortita ẽ.

Latiũ a latendo.

siue tyrrhenos/siue hesperios/siue galloscisal
pinos/siue insubres/siue boios/ aut cenoma/
nos: deniq̀ʒ nouissima omniũ appellatiõe lon
gobardos/modo ut ãtiquũ ac peculiarissimũ
nomẽ Italię nõ amittamus ex aliquo quouis
tẽporũ/fortunę/& cõditionis euẽtu. Tam enĩ
apud uulgares q̃ apud eloquẽtes uiros nunq̃
amisimus priscũ & ãtiquitissimũ nomen Ita
lię. gloriamurq̀ʒ a cõmuni ac peruetusta maio
rum origine & appellatiõe nos esse uerissime
Italos: cõsequẽterq̀ʒ latinos & Romanos pari
Strabo. ter/dicẽte strabone in quĩto geographię (quę
uerba expresse sunt cõtra te Symphoriane)
ait enim/ex quo Romani in regni societatẽ &
in ciuitatem oẽs Italos uocauere/decretũ est &
gallis cisalpinis/& uenetis id honoris imper
tiri: uniuersosq̀ʒ Italos: Romanosq̀ʒ uocauere.
At ecõtrario gallia uestra alias sortita est appel
latiões: ut rarus ĩmo uullus sit qui tẽporibus
istis uulgo ãtiquã regionẽ uestrã appellet Gal
liã: sed potius frãciã. Quin & illi qui stylo ele/
gãtiori uidẽt̃ res gallicas cõscribere (sicut Ro
bertus guaguinus uester quẽ pręcipuũ habẽ/
tis scriptorẽ inter facundos latinę linguę Cro
nographos) gaudẽt enim atq̀ʒ affectant Fran
ciã potius dicere q̃ galliã & priscã appellationẽ
gallorũ (quę uobis ex Romanis prĩcipibus
& ex nostra quodãmodo latina appellatione
natiua est) trãsferre ii malunt ad frãcos: quę

uobis certe agnominatio est aduẽtitia: siue re petatis illã a sycãbris propter francũ (ut dicitis Hectoris filiũ: quod tñ icertũ est/sed magis cõmentitiũ/cũ nullos idoneos Authores ostẽdatis) siue ab ipsis Frãconię populis ex germania ad uos cõfluẽtibus (quod utiq; uerisimili propius accedit) quicquid horũ uerius sit: nõ curo impresentiarũ. Cõstat eni natiuũ nomẽ gallię uestræ postq̃ debilitari cœpit romanũ imperiũ ttãsmutatũ esse in nomẽ Frãcię: aduenietibus utiq; ipsis ad uos frãconibus: qui abolito antiquo noie gallię regnũ ibi gloriosissimũ cõstituere: & galliã frãciã appellarunt. Tantũq; coaluit inter uos Frãcorũ nois appellatio: ut si aliqui ex uestris sentiant se noĩari gallos (uidi ego experimẽto) indignãtur/ringunt/fluctuãt huc atq; illuc: quasi moleste ferẽtes illud antiquũ nomẽ: malũtq; se dici francos q̃ gallos: tantũ eis placet huius sane aduẽtitię modernęq; appellatiõis ĩnouatio. Quid si sẽtiãt se appellari celtas aut aquitanos/aut Belgas: aut comatos gallos: siue bracchatos: Nullus tñ nostrorũ irascit̃ si quis nos lõgobardos uocet: mõ (ut diximus) agnoscamur nos esse italos: uereq; latinos. Cuius quidẽ italię nomẽ nũq̃ obliuioni datũ sit propter aliquos in eã aduentãtes populos sicut datũ est gallię uestræ ex quo nouitiũ aduẽtitiũq; frãcię nomẽ assũpsit. Rideas mõ ac fuge (si sapis) o cãpe/

Francos a frãconibus germaniæ populis nomen sortitos scribit.

ti qui me gallicũ uis eẽ ꝑpter galliã ciſalpinã & nõ italũ: reciprocabo i te argumẽtũ: ergo & ut ueteri iure antiquoq; Galliç honore depdito Frãco tu potius q̃ Gallus ſis oportet: aut ſicãber magis q̃ celta poſtq̃ Franci originem ſuã deferũt ad ſicãbros. Sed quorſum iſta tã multa: ac ꝑter ĩtẽtionẽ tã late euagati ſumus ut oſtẽdamus. ſ. aliqua ex pte nos quoq; ſub duxiſſe manũ ferulç. Neq; ꝑpter innouata & multiplicata rerũ/regionũq; ac locoꝶ noĩa recedẽdũ eẽ a cõi illuſtriũ uirorũ ſentẽtia: & in diuerſos anfractus abeũdũ: ꝑpter quoꝶ nẽpe

Seruius. uarietatẽ ſcribit Seruius: nõ eſſe mirũ/ ſi i tã/ta opiniõe & dubitatiõe uerſamur. Nã anti/quitas (iquit) creauit errorẽ. pleriq;. eñ fundant: plçriq; uero augẽt/ & ad ſe trãſferũt noĩa ut cõditaꝶ uerbiũ uix poſſit repiri origo. Ex quo fit ut (qm̃ ſçpius ĩmutata ſunt noĩa) in/ſudent nõ parũ multotieſq; hallucinent̃ ĩter pretes ĩ explicãdis antiquaꝶ rerũ originibus fiant atq; orient̃ adiuicẽ digladiatiões acerrimæ: ĩuectiuarũ quoq; furẽtes ſtimuli/Crimi

Plynius natiões/Recriminatiões: Apologiç: obſerua/tiões: & cçtera id genus exercitamẽta non minus temere q̃ inter ſe ſtudioſe certantiũ. Pro/pter et merito ait Plynius. Res ardua quippe eſt uetuſtis nouitatẽ dare: nouis auctoritatẽ: obſoletis nitorẽ: obſcuris lucẽ: faſtiditis gra/tiã: dubiis fidẽ: oĩbus uero naturã: & naturç

suę oĩa. Quare (ne quis erret o Symphoria/ne) iuxta nãq; diuoꝝ iperatoꝝ romanorũq; ueterũ augustorũ ꝑscriptionẽ gallia ur͂a suis metis cõtenta sit. At Italia prouinciaꝝ oĩmq; regionũ pulcherrima/quondã regina orbis deo/superis/hominibusq; accepta/etiã num suos proprios seruabit honores? plane seruabit: q̃ (ut refert plynius) apposita descriptiõe diui Augusti/inter sextã horam & primã brumalem incedens: hoc est inter Meridiẽ & Hybernũ solis exortũ/ab Alpibus incipit: & iter Hadriaticũ & Tuscũ mare excurrens: ad fretũ usq; Siculũ & Ionium mare protenditur. In hanc uero sententiã pro Italia non solum loquitur Plynius: sed & Dionysius halicarnasseus: qui in primo originũ seu antiquitatum Romanarũ/sic ait. Italiã eñ uoco oram oẽm quantã Sinus Ionius & Thyrrenũ mare ter/tiũq; a terra cõplectuntur Alpes. Et Pomponius de Italia (inquit) magis quia ordo exigit/q̃ quia monstrari eget: pauca dicẽt̃. Nota sunt omnia. Ab Alpibus incipit in altũ excedere: atq; ut procedit se media perpetuo apẽnini iugo montis attollẽs: inter Hadriacum & Thuscum/siue (ut aliter eadẽ appellant̃) iter superũ mare & nferũ/excurrit diu solida. Verũ ubi lõge abit: ĩ duo cornua scidit̃: respicitq; altero siculum pelagus altero Ioniũ. Idẽ refert Solynus nr͂: idẽ strabo: & Ptholomęus

Italię fines.

Dionysius halicarnasseus.

Pomponius.

ex Grçcis: simul cũ Halicarnaseo. Idẽ quoqȝ Dionysius afer: q̃ carmine Heroico Grçce scripsit de orbis ãbitu. idẽ ẽt cũ plynio (ex nr̃is) & Solino ac Põponio/ sẽtiunt ãtiquissimi auctores romanoꝝ. C. Sẽpronius lib. de cronographia siue descriptiõe Italiç. Et. Q. Fabius pictor in libello quẽ çdidit de aureo seculo/ & de origine urbis Romç. Italiæ uero longitu/dinẽ per continentẽ tam Plynius q̃ Solinus faciunt ab Augusta prçtoria intra salassos directe tendendo per Romã & Capuam usqȝ ad Rheginũ uerticẽ: hoc est ad fretũ siculũ. Eius autẽ latitudo est a flumine uaro (qui diuidit inter Massilienses & Lygures) ubi oppidum Nicea inter uada Sabbatia. & per Taurinos transgrediens: deinde Comũ / Brixiã / Vero/nam/ Vicentiã/ Opitergium/ Aquileiam/ Tergestum ad Arsiam usqȝ flumẽ Liburnoꝝ pertingit. Continet quoqȝ Italia nr̃a interrũpente mari Thyrreno auulsam a se Siciliã/ insulã nobilissimã: atqȝ ĩ lygustico duas etiã famigeratas ĩsulas Corsicã & Sardiniã (ut taceam cçteras insulas minores) sed & a parte Septentrionali (quasi ex latere) adnumerãtur Alpini populi: & subalpini pene innumeri Italiç adiacentes: quos oẽs in trophço alpium de/dicatos Augusto idem Plynius cõmemorat. Qui totã ipsam Italiã diuidit in regiões plu/rimas. Inter quas haud sane contẽnẽda/ imo

Sempronius. fabius pictor Solinus.
Plynius.
Sicilia Italiæ insula.
Corsica Sardinia Italiæ insulæ.
Plynius

tēporibus nostris fere oīm pulcherrima hec regio nostra dignoscit: quam ipse (nouam in ordine statuendo) transpadanā uocat. At Blondus noster foroliuiensis (modernis licet temporibus) diligentissimus hystoricus (qui ope ac sumptibus Eugenii ponti. Maximi omnem Italiam diligenter rimatus est: ac singulis & quibusq; locis contulit scripta ueterum tam Grȩcorū q̄ Latinoꝝ: atq; antiqua nouis intermiscendo fideliter cuncta expressit) in libro suo de Italia illustrata regionem hanc nostram (Italiȩ portionem) ampliorē facit. Et (nisi me mouear patriȩ affectus) dixerim hanc unam omniū regionū Italie cōmendatissimā atq; optimā. Quȩ licet Barbara appellatione ab aduentu Longobardorū Lombardia modo sonet in omēs gentes (sicut Gallia denoīata est a Franconibus Francia/et pars Belgicȩ a Lothario Lotharingia) ipsa tamen a deo pars est Italiȩ (quȩ etiā aliquādo dictta est Gallia Cisalpina & insubria & hesperia) ut Italiȩ merito Flosculus, nunc possit ab omnibus appellari. Hȩc idcirco pauca nescio quomodo prȩter intentionē epistole (non autē Apologiȩ) sese mihi obtulerint scribenda ad te Symphoriane pro iure Italiȩ nostrȩ: ut. s. intelligas me Italum esse nō Gallum. Et ne putaueris Italiam nostram quasi breuibus gyaris circūclusam: aut ad Symple/

Blōdus foroliuiensis.

Lotharīgia a Lothario.

gades redacta:cui undeq̃q; nõ liceat reſpirare apto cœlo:etiã ſi nõ ſit adeo lata/ & in mani bus lucis uaſta ſicut colligit᷑ Gallia nr̃a Quę a mari mediterraneo & cautabricis oris: rurſũ q; a Britãnico littore ad Septẽtrionẽ cõuerſa ĩter ripas rheni/lõgo tractu ad oriẽtẽ/ termĩa tur ad Alpes ſorte ergo (ut dixi) ſua q̃ſq; cõtẽ tus ſit. Tãta ẽ em̃ (ut deſcripſi) Italia nõ mõ ex teſtĩonio plynii:& deſcriptiõe diui auguſti ex ſcriptis alioꝝ:ut Solini & põponii (quẽ tu freq̃nter citas ꝓ laudibus gallie) deĩde cęteris id a ſtipulãtibus auctoribus Grecis: ut ẽ ſtra ob:ptholomeus/& Halicarnaſeus:ne ſinglos cõmemorẽ tã priſcos ac recẽtiores grecos q̃ la tinos:q̃ de Italia & Gallia ſilr ſcripſere. Neq; ego ipſe pauca attigi (hęc p̃ter ĩtẽtionę tñ) ut iuxta gręcũ adagiũ uidear athenas deferre no ctuas. Cui certe ſciã iſta tibi pridẽ manifeſtiſſi ma eẽ:potiuſq; iocãdo exiſtimauerĩ te hęc ipa tẽtaſſe:q̃ ꝙ uel diſſimiles aut aliquid ignores: ſed qr quũ obicis illud nobis de uarietate ſeu diuerſitate regiõis Italicę:ut ꝙ nõ ſit una to/ tius Italię atq; ĩ oĩbus (ut ita dixerĩ) regiõi/ bus eius pſil̃is facies:utputa ſtatuere diuerſe/ colores hoĩm uarii/ſermões/lingua/moreſq; nõ adeo oĩbus tales: ſicut apud ĩſubres color cãdidus atq; uenuſtior ata r ĩ Cãpania (iniq̃s & Lucania & brutiis color ſubaq̃lus: capillus niger ſtatura breuis ac macilẽtaa (ſicut ẽt ac/

Adagiũ noctuas athenas ferre.

Italorũ multi/plex & co loris & ſtatuere diſformi tas.

plane nõ negabit Strabo:q̃q̃ diuersimode in/
terpretetur Barbaros iuxta distictionẽ habitã
ad Alexandrum. Tibi uero ne placere debet ip
sa Barbaries? ut sponte ad ista descenderis a
nullo prouocatus neq; suspitione lacessitus?
Cum siquidem nomen barbarum cõsueuerit
(ut ais) oĩbus displicere: atq; philosophia ipã
(ut scribit laertius) barbarã oĩno refugiat
appellationẽ. Tu uero (ut Samotheis ac Bar/
dis tuis plurimũ tribuas: & cõmendes galliã Laertius
supra Italiã propter eorũ uanissimas supersti
tiões) dicis. Et si sermone barbãri & in eloquẽ
tes fuerint: at nihilominus fuisse eos ad opti/
mas disciplinas natos: quod plene ridiculũ ẽ
Cũ tñ hec legerẽ in ep̃la tua dicã quod mihi Ioannes
blande occurrit in mẽtẽ. Recordatus nẽpe sũ picus mi
Ioannis nr̃i pici Mirãdulę qui & ipse aliqñ de rãdula.
fendit barbariẽ maximo ingenio & eloquẽtia
cõtra hermolaũ. sicut qui quartanã laudãt ac
ueluti Glauco ille apud platonẽ iniustitiã lau
dat nõ ex iudicio: sed ut ad iustitię laudes exci Hermo/
tet Socratem. Quod si est ita: dicã & ego cũ Her laus bar
molao mutata p̃sona O preclarũ & plane di/ barus
uinũ ingenium tuum o Symphoriane: qui
cum optima sint ea que tu scribis ita tamen
defendas barbara ut uideant᷑ esse tua quę sũt
optima. Sed iã epistolę nr̃e modũ ĩponamus
& absq; serioso aliquo ãplius tractatu apologe
tico (presupositis tuis p̃cipiis) inferamus; a

dominatu.s.tam pōtificatus q̄ ipsius Roma/
ni Imperii: atq; ex origine urbis tuę lugdunēsis
a planco (ut diximus) conditę/& coloniā ro/
manorū deducta ex latina itē i omniū uestrū
appellatione & linguę nostrę cōmuni litera/
tura scribēdi (nō autē ex gręca neq; ex barba/
ra) Deniq; quātū ad te pręcipue attinet o Sym
phoriane (ex moribus ipsis tuis: qui te natiuū
potius Italicū ostēdunt q̄ gallū: adeo ut scrip
serit aliqñ symphorianus nr̄ grignęus patria
mantuanus te totū ad idē Italicā effinxisse: &
pręter romanā elegantiā/ac humanitatē ipsā
(qua blāde pręditus es) efformasse. Magnifi
cos etiā mores tuos nobilissimosq; conatus
ad exēpla (ut diximus) Italorū: quorū tu opti
ma ac pręclarissima studia & īgenia semper
aucuparis. Ex iis itaq; oībus oportet ut te pręˀ
dicemus Italię nr̄e ac latii Alūnū esse: magis q̄
brachatę gallię siue (ut uis) gallię trāsalpinę.
Palinodiaq; tibi recantanda est ad sterichori
morē ut agnoscas me uere italū esse Cōsequē
terq; ruere oīa quę iocose machinamenta cō
tra nos scribis. At italię uero quāta sit gloria
ut taceant oēs ipsius italie ex Hostratibus in/
clyti Laudatores (una tantū ac exteris Hali/
carnasei sētētia pro Italię admirādis pręconiis
hic excerpēda est. Nā postq̄ descripsisset fines
ipsius uidelicet ī primo originū siue romana
rū ātiquitatū (quod etiā superius est relatū)

in hęc uerba italiā uoco oram omnē quantā sinus ionius & Thyrrenū mare tercieq; a terra cōplectūtur Alpes: sequitur deinde. Sicut enī una regio ad aliā cōparatur tātā magnitudīe non Europę mō at orbis quoq; reliqui (mea quidē sententia) est optima omniū italia. sed iā satis pro italia nr̄a. Imo qui (ut aliquantis per tibi morē gererē sine tractatu ipso nostro apologetico) nescio quō extorsisti mihi uerba ut epistolę modum excederē: qui iurassem a principio uix tibi duas pagellas integras scripturum: in tot prǽsertim dubiis cogitatiōibus atq; ex inclemētia & intemperie frigoris: quo nunc totus torpeo inter scribendū. Qūapropter (ut modo te aliquātulū arguā) dure ac seuere minus & parum benigne agis in me o Symphoriane pręter morē tuū blādosq; affatus: qui adhuc forte perstas ī eo ardore ut oblitus pristini amoris nostri, mutueq; beniuolētię si putare phas est (scripseris in nouissimo epistolio tuo / tantisper prǽreptum esse tibi omne ad me scribendi amplius argumentū: q̄ diu apologiam istam nostram toties a flori mūdo (ut ais) laudatam: ad te miserim. Crudelis ita ne agis in amicum? Ita ne in te iratus ac rigidus (propter ineptias has nostras) tibi negatas) desinis solito amore prosequi Hieronymum tuum qui te tantopere amat? ac pręter te alium non habet chariorem? Siccine

etiam tam cito me deseris? Qui mihi dedisti lucem in luculentissimis scriptis tuis: & glo/ riam supra meritum immortalem (dum mi hi cōcordiā tuam Platonicam/ & libellum de mirabilibus sacrę scripturę dedicas) in nulle exēplaribus cōparasti? tanto amore: tanta di lectione: tantoq̧ charitatis incendio: ut (& si indignissimus sim muneris) iubilem tamē (quoties lego) atq̧ exultem: pro tali tantaq̧ tui erga me suauissimi amoris fragrātia: qui me dignum putaueris: in quo amorem hūc tam eximiū pro tua in me benignitate collo cares? At modo si me deseras: neq̧ pergas diu tius instaurare literis tuis dulcis amicitię uin culum: rogo? qui hactenus tanto gaudio/ tā/ taq̧ lętitia perfusus sum (ut cōcludā post lō/ gum epistolę tractum / iuxta id quod a prin/ cipio assumptū est: quāta sit semper in ma/ gno aliquo amore uarietas) quibus nūc an/ gar premar ne solicitudinibus? quibus expū/ gar curarum stimulis? quātisq̧ amaritudini/ bus perfundar. & innumeris miserisq̧ mole/ stiis atq̧ āxietatibus exercebor? sed noli (quę so) noli / o mi Symphoriane hanc rem tam prorsus indignam: ut. s. soluatur dulcis ami/ citię nexus. Quin magis magisq̧ indies firme tur: consolideturq̧: ac uiam pręparet ad eter/ nas sedes. ubi non est Gentilis & Iudeus. Cir cūcisio & pręputiū Barbarus: aut Sytha: ser/

no:Palmerio/Lãdino/politiano & ad ultimũ (quẽ ſtudioſe reſeruo) Fl.blõdo Foroliuiẽſi: (ut omittã cęteros cronicarios nr̃os & exte/ rosqui plebeio uel cõſuetudinario ſtilo re sita las annotarũt) ſi quis (inq̃) italię laudes ſolũ delibare uelit: ex his oĩbus p̃clariſſimis (quos collegimus) authoribus habet unde nõ mõ Apologiã tibi ſcribat o Chãperi: ſed & Anti/ chãperianũ opus ingẽs: & pro Italię laudibus integrũ pleniſſimũq; uolumẽ Propterq; tã fa cile mihi fuerat ex his refellere oĩa q̃ cõtra nos ſtruis (licet iocãdo) q̃ facile tibi fuit p lepidos cauillos ĩ nos iocari: Vt q̃ tot laudibus pre ce teris extuleris druydes illos tuos. & ſamotheos & uaties ac bardos: qui ex lectiõe ſtrabonis & laertii ac Cęſaris nr̃i ĩ cõmẽtariis mõſtra uitio rũ ac crudelitatũ: & amentie: potius fuiſſe pro bant q̃ uiri re uera (ſicut & noĩe) bardi utiq; magis q̃ ſapiẽtes. Quorũ obſcœnos & flagi/ tioſos ritus cũ cerneret poſſidonius (ſicut ipe referẽte ſtrabone ĩ ſcriptis dereliquit) ob rerũ inſolitiã dicit obriguiſſe. ex ip̃a ſ. afflictãdi ſeui tia uaticimũ aſſumẽtes. quã peſſimã deĩde cõ ſuetudinẽ interdixit Auguſtus (ut refert Sue tonius (Claudius uero penitus deleuit: Neq; habuerũt illi originẽ: a: grecis (ut cõiectas) p pter athanacũ delubrũ) ſed (ut Cęſar aptiſſĩe tradit) Nec eorũ diſciplĩa ĩ britannia reperta eſt atq; inde in galliam tranſlata. Quare cum

35

liqueat eos monſtra potius fuiſſe naturę de/
prauate ac morum q̃ ꝙ ſapientes fuerint (ut
tu ipſe ſcribis) libero nũc urbem ad patriam
tuam Lugdunẽſem ab infamia: ex uerbis cę/
ſaris (qui dicit) Druydes ipſos in finibus car
nutũ (quę regio totius Gallię media habet̃)
conſidunt in loco conſecrato. Nõ ergo apud
Lugdunum o Camperi ii cõueniebant: quo
oratores ad aram Lugdunenſem: ut tu cona
tus es aſſerere: ad hoc ut oſtenderes antiqui/
tatem urbis tuę Lugdunenſis: quã tamen cõ
ſtat ex prioribus ſcriptis tuis conditum eſſe a
Munatio planco uiro Romano: & Coloniã
effectam Romanorũ. Hęc autem tibi proba/
re quiſq; facile poteſt ex teſtimonio Euſebii &
Plutarchi: deinde ex coniectura ſtrabonis / ac
Cęſaris / & Senecę in epiſtola ad Lucillium de
incendio ipſius urbis Lugdunenſis. Quę oĩa
confirmat uolaterranus noſter / ex antiquis
monumentis atq; inſcriptionibus Caietę re/
pertis. Eaq; omnia retexere ſeriatim decreue/
ram in Apologia noſtra ad te cũ eſſem in ipo
ſcribendi ardore: & explodere auctoritatẽ tui
quem allegas Beroſi de Lugdo & Allodroge.
Reuera eñ Beroſus uir clariſſimus fuit / Cal
deus quidem et ĩ Aſtrologia pręcipuus. Cui
ob futurorum prędictionẽ (ut ait Plynius)
Atheniẽſes publico in gymnaſio ſtatuã inau
rata lingua collocarunt. At hic ipſe libellus

Druydes originẽ habueit. Carnu/tum in media regiõe gallie.

Beroſus Chalde/us.

(qui nunc circũfertur falso ei attributus) totus nempe fictitius & cõmẽtitius est: cui nullo pacto crediderim. In hac que sentẽtia sunt uiri idonei tam in oĩ doctrina & erudictione quã hystoriis solertissimi. Qui (ubi pręcipue nominat reges Gallorũ (res digna risu) Samotum tẽpore Beli/primũ in Gallia domi/natũ: deinde ex ordine Magũ/Sarron/Dryũ/Galathẽ/Bardũ/Lõgonẽ/seu mauis Ligonẽ postea Allodrogẽ/siue Allobrogẽ/& hũc quẽ diximus Lugdum/deinde Romum/Lemanum/Galathem iuniorẽ/Hannetum/& Frãcum/in his omnibus uerissime arbitrantur/nullam sane cognitionẽ in eo reperiri/ac deprẹhendi posse: pręter nomina ip̃a fictitia seu factitia: & quorũdam affectatã ethimologiã populorum. Quę si ita essent: cõfunderentur multę nõ modo successiões Regum ac Principum in diuersis oris/quinetiã perirent/atq; euanescerẽt alie cõplures historię quas certissimas habemus. Cęsar eñ (ut scis) nihil prorsus meminit de urbe Lugdunẽsi neq; de prouincia ip̃a: quod certe mirum uideri debet cũ meminreit fluminis Araris qui (ut ipse ait ĩ primo cõmentatoriorũ eius) labẽs per fines Heduorũ & Sequanorũ in Rhodanũ postremo defluit. Seneca uero asserit urbem ipsam Lugdunensem ab origine ipsius usq; ad eius incendiũ annum centisimũ expleuisse: qui

Beroso nõ assentiri.

Cęsar.

Araris.

Seneca.

terminus pfecto q̃ optime quadrat ad munatiũ ſiue Numatiũ plancũ ut alii ſcribũt. Neq; iſta me putes dicere in hunc Beroſum ex eo quia antiouã reddat ex tot regibus Galliam: antiquiorẽ nobilioremq; is certe facit Italiam

Beroſus. cum ipſe ſcribat libro tertio nec poſt Catacliſmum relictis armenis ueniſſe ad regendum kritim: quã nũc (ait) italiã nominãt. Et multa alia proſequitur quę tibi credo non eſſe incognita. quemadmodũ. ſ. miſſis poſtea aliis principibus per uniuerſum orbẽ colonias de

Raphat uolateriano. duxerit. Quicquid tamẽ ibi repcriatur ſcriptũ Volateranus noſter uir acris ingenii & qui nihil (ut ita dixerim) ignorare uiſus eſt (etiam doctiſſimis uiris (hũc libellũ putat) cõmẽtitiũ totũ atq; apochriphum. Ita ut nõ opus tibi ſit o chãperi adſcribere originẽ ſeu cõditionẽ ipſã urbis tuę lugdunẽſis in lugdũ: ſed ad plancũ noſtrum uirum Romanum. Atq; ſi ualet Antiſtrophon argumentãdi nos reciprocus) magis totus ipſe es Italus ac latialis q̃ ego ipſe ſim gallus. Neq; debuiſti tantopere laudare Barbariem: cũ tu ipſe ex ſermone ſiue dicendi caractere tũ etenim lepore ac moribus: de hĩc grauitate pmixta urbanitate (que ꝓpria antiquorũ Romanorum eſt) totus certe latiniſſi

Sympho rianus laus. mus ſis: totus ne Romanus. At barbari profecto nõ tãtũ craſſiligues (ſicut chares fuerẽt populi) ſed etiã nũ efferri dicũt & ĩhumani quod

cidit ĩ piceno/ĩ Apulia/& calabria) ex his oĩ/
bus ĩfers (amicũ potius affabre ludificãdo q̃ꝗ
uera aliquid afferẽdo) cũ oĩs insubria nr̃a co
lore candidiori accedat ad similitudinẽ Galli
cã ut potius ipse sim Gallus q̃ Italus: sed pue
rilia nẽpe hęc sunt: q̃ putauerim te magis ex
ioco scripsisse quã serio: quin & te risisse pluri
mũ/cũ lepidas has argutias ĩ me strueres. q̃d
ni?risi & ipse nõ parũ. cũ ridendo atq̃ iocãdo
ꝓposuisse ista ad te ĩ Apologia nr̃a refellere.
Vt uidelicet ꝙ cõis sit hęc nota oĩm regionũ:
siue ex aspectu cœli (ut ait Ptholomeus) si/
ue ex educatiõe/siue aliqua superinducta cõ/
suetudĩe: seu fato aliquo/aut ni naturę occl'te
operãtis ista ꝓueniãt. Accidẽtaria hęc sũt q̃ ni
hil ad rẽ faciãt. Tã em̃ gallici q̃ itali ĩter se quo
q̃ ĩ oĩbus natura moribus/eloq̃o/facie colo/
re/staturaq̃/diuersissimi sũt. Audi ad hoc cęsa
rẽ dicẽtẽ ĩ pricipio cõmẽtarioꝝ eius gallia (in
quit) est oĩs diuisa ĩ ptes tres: quaꝝ unã inco
lũt Belgę aliã aquitãni. Tertiã q ipoꝝ lingua
celthe/nr̃a/galli appellãt. Qui oẽs lĩguis ĩsti/
tutis/& legibus ĩter se differũt. Deinde extol/
lit supra cęteras Belgas: ut uiros fortes & ro/
bustiores corpe. alios taxat ut ĩbecilles (sicut
ẽt & polybius/ac liuius nr̃. & L. Florus & post
eum Europius) ut intelligas o mi Sympho/
riane non unã oĩbus populis unius regionis
esse faciem: non starturam/non colorem non
eandẽ uim naturę ingenitę: non idẽ eloquiũ

Regio/nũ uarietas ĩ oriatur.

Ptholomeus.

Cœsar.

Belgæ cuias est faber gallorũ oĩm pugnacissimi.

nõ eadẽ ſermonis phraſim/nõ proſodiã:non accẽtũ aut tenorẽ:non eoſdẽ ritus ac mores: nõ leges ac inſtituta:nõ uictus ſimilis:deniq; neq; oĩa eadem oĩbus primigenia:uel nature munia. Et ne quid tibi blãdiaris in ꝓprio idio mate o Chãperi:uidi ego apud pariſios (ĩ qui bus magis pollet uobilitas ueſtri ſermonis) Lugdunẽſes ac byturiges tãq̃ non ad purũ gallice loquentes magnis crepitibus explodi (etiã a pueris ipſis qui mihi riſũ ex itinere fati gato ſępius allicerent) ex ſybillariq;: & obſcẽ nari exertis lĩguis. Taceo reliquos Belgas/ Al lobroges/& alios rheno ac pyreneis mõtibus & alpibus ſabatiis uiciniores q̃ ĩſulſiſſimi om niũ putãtur in ſermone gallico: ſicut & Ber/ gomates noſtri in lingua Italica Nã belge ipſi pro maiori parte acceaũt ad feritatẽ germano rũ. Aſt aquitãnorũ plurimi & gallię itẽ narbo nenſis/a cęteris gallis intime regionis/& cor/ poribus & lingua differũt/magis hyſpaniis cã tabriciſq; ſimiles: quibus aſpectu cœli ac re/ gione finitimi ſunt. Quorũ quidã melliuo co lore ſemper ſubtriſtes:ſubſuruis oculis:cape/ rata frõte:cogitatiõibuſq; anxii:ſtatura ſicca & exili. Alii poſt hos omniũ ĩmaniſſimi:uul/ tu aſpectuq; furaces: ĩplacabiles: nũq̃ hylares nunq̃ ſaturi. Qui uero circa cemenũ montem inhabitãt:ii tanq̃ alpini & agreſtes/facie nuſq̃ liberali:ſed illimie potius fœda, & inexhauſta

Gallorũ multi/plex di/uerſitas.

uoracitate semper sordēt: lingua non tantū q̄
moribus (pene dixerim) bardi & helnetiis
atq̃ sueuis magis q̄ gallis ītimis conformes.
Quare cū tanta sit inter gallie populos diuer
sitas: & tñ oēs censentur galli. Nō est cur ex ali
qua uarietate regionis nr̄e separes nos a corpo
re ipsius italie. In corpore quidē (ut sas dicēte
apostolo) uaria sunt mēbra. Alia nobiliora:
quedā uero ignobilia. sicut nō una est terre fa
cies: sed hic est leta segetibus & pratis (inquit
Macrobius) ibi siluis & rupibus hispida: hic
sicca hatenis: hic irriga fontibus: pars uasto Macrobius.
aperitur mari. Ita italia nr̄a & quęlibet cele/
bris regio ex ipsa uarietate totū unū corpus
est: atq̃ unū ex tot partibus una ex se prefert
ornamentū. Habet ergo italia nr̄a hanc in se
tot populorū gentiūq̃ uarietatē: ut una (quā
tulacūq̃ est) regio (iuxta sentētiā Strabonis) Strabo
satis oībus sola cęteris faciat regionibus cuius
laudes eximias si qs etiā uel leuiter recēsere ue
lit: aut delibare ex memoratis nr̄is exteriusq̃
authoribus & aliis ī numerū euocādis/ Ptolo
meo. s. Strabone: Dionysio Halicarnaceo Dio
nysio Afro/ plutarcho/ laertio/ ī uita pythago
re: Platone ī timeo/ Aristotele in politicis/ ap
piano de bello Alexādrino Herodiano/ Poli/ Berosus
bio/ Beroso (licet Apocripho) quē tu tāta au/ apocri/
thoritate amplecteris pro lugdo & Alodroge phus.
d antiquitatē gallię cōfirmandā (itē ex Myr/

ſilo Leſbio Hiſtorico de origine Italię & Tyr/
rhenorũ & ex Manetho ſeu manis Manetho/
ne ęgypto qui ſupplemẽta dicitur adieciſſe Be
roſo: & ex Diodoro & herodoto/ac Ioſepho ui
ro hębreo. Deinde ex nr̃is pene inumeris/Mar
co uarrone. M. Catone/Cicerone/ſaluſtio/C.
Sẽpronio/Q. Fab. Pictore/Iulio cęſare/Liuio
cornelio Tacito/ Fab. Qũtiliano/ Suetonio/
Plynio auunculo/plinioq; nepote/Seneca/Vi
truuio/Vegetio/ Iulio Frontino/Modeſtino/
Ruffo/Valerio maximo/põponio mella/So/
lino/Vergilio/Collumella/Palædio/Pompo
nio iuris cõſulto/Feſto põpeio/ Nonio mar/
cello/Seruio/Donato/Gellio: Macrobio Fene
ſtella: Helio ſpartiano: Lampiidio: Vopiſco:
Trebellio politione: Capitolino: Lucio Floro
Trogo: põpeio: ſiue iuſtino eius abreuiatore
in Hilignio: Aſconio pediano: Martiano: Sui/
da Manilio. & ex poetis aliis (preter Vergiliũ)
Horatio: Ouidio: Lucano: Silio italico: Auſo
nio: Claudiano: ſtatio: ac aliis innumeris. De
chriſtianis uero Euſebio: Ceſariẽſi: Hierony/
mo: Auguſtino: Ambroſio: Gregorio: leone:
Caſiodoro: Iſidoro: Iſpalẽſi: Proſpero: Eutro
pio: Horoſio: Paulo diacono. & de recenſiori/
bus: Fr. Petrarcha Leor: Aretino: Philelpho
pio ſecũdo pon. Maximo. Antonio: Cãpano:
Platina: Nicolao ſypõtino: põponio lęto. M.
Aut Sabellico: põtano: Georgio: merula Vola
terrano Hermolao barbaro/Pico/Valẽſi/Fici

nus ac liber: sed oĩa & in omnibus christus: quo cum ciues ipsi beatissimi siue dissidio ac lucta: sed quietissima uniti monade/ ĩ perpetuo pascuntur nectare/ & Ambrosia: ac sempiterno aspectu deifico/ pariterq; diuino amore fruuntur. Plura adhuc scriberem (nisi modum excessissem epistolę) etiam perurgente gelu. Citiusq; item scripsissem/ ad te per Bartholomeum trotum Bibliopolam conterraneum. meum Burgensem: sed iis diebus per mensem feriatus spaciatusq; uercellis placentie & aliquãtisper Cremonę me continui: laxandi animi: & conseruandę ualitudinis gratia. Cunq; paululum studia ĩtermisissem: his proxime instantibus diebus sacris pręparor ad diuini uerbi predicationes. Nihil ultra ad te scribens: nisi ut amorem solitum/ perpetuamq; beniuolentiam in me serues. Et ita agamus inuicem literis: ita mutuis blandeq; uicissim epistolis recreemur: ut omnia scripta atq; colloquia nostra/ semper aliquid de optimis & honestis disciplinis sapiant: aut de diuinis loquantur rebus postremo uero: ut nihil quod non pertineat ad ueram dilectionẽ referant: sed diuina & humana iungendo/ cõcordes semp nos in amore reddãt. Neq; unq̃ prębeamus alicui ansam male opinãdi in ne amicitia nostra nequaq̃ cãdidissima sit inter

nos:ſi epiſto las noſtras aliquando (ut fieri ſolet) in uulgaueris. Magiſq; ſtudeamus: ut ex beneuolo amore noſtro. alii rurſus in amicitię optimę amorem accendantur. Cęterum autem ex hoc ipſo tuo libello (quo mę tam egregie nup donaſti per Caluum noſtrũ nouo comenſem: uirum certe multa preſtantia & gratia collaudandum.) Quemquidem libellum ad me inſigni nomenclatura (ut diximus) de mirabilibus ſacre ſcripturę titulo preſignaſti) ſi pares nequeo tibi referre gratias: at immortales ſemper tibi debeo: & habebo dum uixero: atq; utcunq; memor fuerit mihi uita ſuperſtes. Nondum em̃ ip̃m legendo percurri: ſed tradidi librario concinnã dum expoliẽdumq;/ac literis inauratis ſuperficietenus inurendũ: quę mihi illum prę oculis in pluteo ſemper habenti atq; ſpectanti/ſimul cum Platonis tui atq; Ariſtotelis Symphonia. Symphoriani munus elogio nr̃mq; pariter ex munere perpetuũ teſtentur amorẽ. Hũc quũ perlegero: & ocii aliquãtulũ dabit̃. ſcribã de eo copioſus ad te: & de ip̃a Platonis Ariſtoteliſq; cõcordia. Tu interi uale uir oĩm humaniſſime atq; doctiſſime mi Cãperi: una cum Stephano guttano Florimundo alũno tuo: & familiariſſimo amico nr̃o ſalutat uero te cõtinue miris affectibus Petrus Antonius nr̃ Ruſticus Placẽtinus: re uera ſupra q̃

Galuus nonocomenſis uir cultiſmus.

dici poſſit (ſicut philoſophia & medicina p̄/clarus) ita omni politica feſtiuitate & amore urbaniſſimus ſalutat etiã / & ipſum Florimũdum: quẽ uehementer diligit. Valete igit' cõi uoto: & uos quoq; pariter nos amate. Cupio deĩde (ut alias ad te ſcripſi) ſalutari dominũ Eabrum noĩe meo: & Carolum ſuũ: quẽ ipſe adeo eleganter fabrefecit: expoliuitq; ex gem/ma pura / in precioſiſſimũ Berillum. Ita quippe eis affitior: ut (quoties ad te ſcribo) etiam ſi uelim (tantũ me inflamant eorum monumenta) minime eos ſilentio pręterire queã. Papię ex cœnobio nr̃o ſancti Epiphanii / Geluſerociente ſextodecimo kalendas Februa/rias. M. ccccccxix.

¶ Sympporianus Campegius celta ſuo Hieronymo inſubri Gallo. Salutem.

Viſus es mihi cariſſime Hieronyme tuliſſe grauiter: qm̃ acceperis a me te eſſe Gallũ non Italum: ſed ſi rationes meas & antiquorũ ſcripta conſideres: tunc profecto iraſci mihi deſinas Quod autẽ te Italum dicã: id certe nũquã ti/bi conceſſerim. legiſti ne meas literas: intellexiſti meã epiſtolã: pone igitur prius irã oẽm. De hinc quid ſit agendũ delibera diligenter. nũquã in ſapiente uiro / aut iram / aut ultionẽ

Nũq̃ i ſapiente uiro: aut ira: aut ultio laudãda eſt.

laudaueri. Nēpe tu Ciceronianus es totus sic enim quod tu & recte nouisti: & cōstāter sequeris. Lucius plotius. Tullii pceptor Lugdunensis fuit: qui primus Romanos rhetoricam latinam docuit. Legimus eñ Ciceronem asserere sese. Quintūq; fratrem imprimis adolescentie annis ab eodem latine lingue rudimenta percepisse. Videris eñ mihi Cicerone & Lucio plotio subirasci: atq; in eosdem inuehi cum te Italum dicis. Gallos amenitate consuetudinis: & orationis lepore cur nō capis: homines eloquentie non minus q̄ rei militaris studiosos. Ex ingenio tuo me blandiri putas: equidem nihil auribus tribuo testis est. M. Cato: qui in secūdo Originum sic ait. Gallia duas res industriosissime persequitur: rem militarem: & argute loqui: inde Iuuenalis nutriculam causidicorū Galliam uocat. Fatearis igitur mi Hieronyme te Gallū esse. fatearis eñ aliquādo te esse quod es. Longobardus es & īsubris igitur & Gallus. prius Gallus postea Longobardus. Ex ipsa itaq; Celtica Gallia numerosi sepe exercitus: alpiū asperitate domita incircūpadanos sese fuderūt campos: quo contigit: ut quicquid terre inter Apeninū & alpes iacet usq; ad Adriam: preter uenetū latus: ab ipsius gentis incolatu postea ab Italis Cisalpina sit Gallia nūcupata. Et quēadmodū Iudei a Iuda Iudei appellati sunt qui prius

Lucius Plotius Lugdunensis primus Romanos rhetoricam docuit.

Marcus Cato.

Iuuenalis.

A quibus Gallia insubris dicti

hebrei ab heber a quo abraā originē traxit dicebant. sic insubres Galli sunt appellati a gallis celticis a quibus originem traxerūt. Quare mi Hieronyme si non es gallus nec Dauid nec filius eius Iudei fuere: neq̧ Abraā Isaac & Iacob hebrei fuerunt. Quapropter ut diuus pater Antonius inquit. Cognoscat autē homo id quod uerū est nomen propter quod & Iacob luctanti per totam noctem cum angelo: nomen illi erat Iacob. Mane autem facto uocatum est nomē ipsius Israel idest mens uidens deum. a quo israelite appellati sunt hebrei. hec Antonius. Vide ergo carissime Hieronyme quomodo israelite dicti sunt a iacob qui dictus est Israel. sic a Gallis gallia uestra dicta est. quēadmodū & hebrei ab heber & Iudei a Iuda/ & israelite ab Israel. Et sicut antiquitus Britānia nostra dicebatur Armorica que nunc antiquum perdidit nomē. Et que nunc Anglia prius Britannia. & que nūc Italia prius magna grecia appellate sunt/ sic que modo ab Italis Gallia cisalpina dicitur prius sub Italia comprehēdebatur quemadmodū antiquitus a rehno admosā flumen usq̧ erat Francia orientalis nunc Germania appellatur perdiderunt enim antiquū nomen aliarum enim gentium commertio multa imitari nomina contingit tempus inde oīa in me/

Argumētum a simili.

Salomō

Antonius magnus abbas epistolarū suarꝫ. Vi.

Britānia minor olim armorica dicebat.

Anglia quondā Britānia dicebat.

Tempus lius uertit. Ex ipsa itaq; gallia numerosi sepe exercitus: Alpiū asperitate domita: ab ipsius gentis incolatur Cisalpina gallia ab italis nū/cupata est. Eā terrā Tusci & circa apēninū um/bri tenuerūt Padus mediā pene regionem irri gat in gremio uesuli montis ortus: in quē no bilissimi italie lacus exonerantur Verbanus: Larius: Sebinus: Eupoli & Benacus. Ex celtica que ad comatū pertinet. gallorū primi: ut Li/uius existimat: Bellouesso duce alpes transcen dere. Accidit forte: ut p id tēpus: quo Priscus Tarquinius Rome regnū obtinebat: tam fre/quens & populosa fuerit gallia: ut abundans multitudo uix regi posse uideretur: ad quam sua mole exonerādam: Ambigatus qui tum late regnum in ea terra obtinebat duos soro/ris filios bellouesum & sigouesum cum ma/gnis exercitibus nouas sibi terras querere ius serit: illi prouincias inter se partiti hercinios saltus sigouesus sortitus est bellouesus italiā galli per taurinos saltusq; iulie alpis in ita liam transgressi: tuscis haud procul ticinio amne prelio fusis: in eo quo uictores conse/derant loco: urbem condidere omnem secuti quod agrium insubrium appellari senserant quo pagum nomine hedni: qui in bellouesi comitatu erant: in gallia tenuissent: urbem ipsam mediolanum dixere: ob id credo. q. Au lercii/qui & ipsi eius expeditionis socii fuerant

Omnia in melius uertit

Italie lacus nobilissimi.

Liuius.

Tarquinio prisco romanis imperante q̄ populosa fuerit gallia.

Ambigatus Bellouesū & sicouesū magnis cum exercitibus ad nouas sedes q̄rendas misit.

urbem eodem noie in belgica habuerunt. Se/cuti inde diuerso tempore alii post alios Ceno/mā libii Siluii Boii ligures iterū senones: alie/q̃z nobilissime gentes quicquid terre inter alpes & padum latet patet celte & Belge Gal/lorum gentes obtinerent a quibus Galli di/cti sunt quemadmodū gallogreci. in grecia & gallate pariter a gallis appellati sunt. Et qui prius uocabantur uuanduli nunc poloni ap/pellantur. Et qui neustrii nunc profecto nor/māni uocantur. Et catalani albonthis & ala/nis domitoribus dicuntur. Si ergo carissime Hieronyme non es gallus neq̃z profecto uuā/dali poloni uocabūtur nec Belge franci & neu/strii normanni appellabuntur considera igi/tur carissime Hieronyme cuias sis fatere te aliquādo esse quod es redi ad patres tuos gal/los & eorum uitam assume suscipe boni galli officium amplectere homines gallos si potest in amore & beniuolentia. Est enim in gallis hominibus temperantia in uictu: mundicia in habitu: amænitas clemētie: sua/uitas facundie: in uerbis ueritas: in factis ho/nestas: strenuitas operis & agilitas corporis iuxta illud Iulii celsi populi tamen inimici li/bro quinto de bellis Cesaris. Galli inquit ho/mines sunt aperti minimeq̃z insidiosi: qui per uirtutem magis quam per insidias dimicare consueuerunt. Audi & Iustinū libro. xxiiii. sic

Quo omine mediola nū a gal/liscōditū

Galathie & celtibe ris quod raris ad modū contigit a gallis dicti sūt.

Qui oli unādali nūc polo ni uocāt̃ Catala/ni aq̄bus dicti.

Hierony mū esse galie asse rit.

Iustinus

Iuſtinus dicentem. Gens gallica aſpera audax & belli/
coſa: que prima poſt Herculem cui ea res uir/
tutis admirationem & immortalitatis fidem
dedit. Alpium iuncta iuga & frigore intracta
Quãtus bilia tranſcendit Sibi domitis pannoniis per
olim gal multos annos cum finitiuis, uaria bella geſſe
lici no/ runt. hortante deinde ſucceſſu diuerſis ag/
minister minibus alii greciam alii macedoniam om/
ror. nia ferro proſternẽtes periment. Tantuſq; ter
Iuſtinus ror gallici nominis erat: ut etiam reges non
laceſſiti ultro pacem ingẽti pecunia mercarẽ/
tur. Item libro. xxV. dicit Gallorum ea tempe
ſtate tante fecunditatis iuuentus fuit: ut Aſiã
omnem uelut examen quoddam implerent.
Demum neq; reges orientis ſine mercenario
gallorum exercitu ulla bella geſſerunt: neq;
pulſi regno ad alios q̃ ad gallos confugerunt
Tantus autem terror gallci nominis & ar/
morum inuicta fœlicitas erat: ut aliter neq;
Cęſar in maieſtatem ſuam tutam: neq; amiſſam recu/
commẽ/ perare poſſe ſine gallica uirtute arbitrarentur
tariis. hec ille. ſoli galli: ſoli gallorum principes ac
duces: ex omnium gentium numero auſi ſũt
ceſaree cõſulere utilitati: & pompeianam bel
lo pharſalico inuadere ac debilitare audaciã.
Quapropter ipſe in commentariis ſuis inquit
illud quoq; prouidentiſſimi ducis augebat cu
ram quod: inſiodiſſimo cũ rege rẽ gerebat: aſ
ſuetus dimicare cum gallis apertis homini/

bus & insidiarum nesciis: nec fraudibus: sed uirtute bellantibus. Item in eodem capite infit Sistit aciem Cesar: & pauci contra multos egregie preliantur. Quo cōgressu aliquot gallorum equitum: qui Cesarem sequebantur: insignis & creditu difficilis uirtus fuit Siquidem trigita uel eo minus: duo milia maurorum equitum campo pepulerunt. Et in oppidum compulerunt. Sed hec mi hieronyme ex ueterum scriptorum dictis suffecerint. Sed quidnam etiam recentiores italorum scriptores de gallis senserint paucis perstingemus Franciscus philelphus inter Italos uir sua etate elegātissimus in epistolis ita ait. Si uerū sine cuiusquā inuidia fateri licet: postea q̄ impia & immanis illa sceleratissima Mahometi secta inualuit: nullū est usq̄ hoīm genus: cui plus debeat christiana religio: q̄ inuicte Gallorum nobilissimeq; uirtuti. Cū reliqui enim fere omēs & reges & populi christiani ignauo quodā animi torpore tanq̄ elanguissent: soli Galli inuēti sunt: qui ingenti animo & excelso omnē Barbarorū & infideliū impetū non modo sustinuerint: sed & represserint. Quid inquā represserint: īmo & fuderint: fugarint: oppresserint: hec philelphus. Item Sabellicus Gallorū tū emulus Eneadis primo lib. iii. de Gallis ita scribit liberales artes multis cure sunt: & īprimis diuinarū artium studia Gym

Franciscus philelphus.

Sabellicus Gallorum emulum

Parrhisiensis Gymnasii laus.

nasium: quod Parrhisiis est: id declarat oim que sunt in terris celeberrimũ. Sunt & Romanarum literarum appetẽtissimi: nec greca aspernantur. Sũt Frãci / Troiana stirpe oriũdi hec Sabellicus & ut Erasmus inter recẽtiores oratores auctor precipuus in epistola ad Richardum Bartholinum inquit sola Gallia nec hereticis est infecta: nec Bohemis Schismaticis: nec Iudeis: nec semiiudeis Maranis: nec Turcarũ confinio afflata: queadmodũ alie: quas & citra nomẽclaturã suo quisq; animo agnoscit. Non alibi senatus augustior: non alibi schola uel celebrior: uel sanctior: nusq̃ maior legũ auctoritas: nusq̃ similis regni totius concordia. Qui magis imperio digni: q̃ qui imperant optime hec ille. Et Christoforus longolius noster in oratione de laudibus diui ludouici inquit. Quippe de unius eloquentie laudibus nobis controuersiam faciunt Itali. Sed que tanta est oratoris in inueniendo subtilitas: in distribuendo diligentia / in eloquendo copia / in dicendo cum memoria pronunciatio: ut phisicarum rerum indagationi: ut morum uiteq; rationibus. ut differendi subtilitati. ut Arithmeticis supputationibus: musice cõcẽtui dimensionibus Geometricis: Syderali diuinitati: Medice utilitati atq; sacratissimis Theologie mysteriis collidi possit? Quibus disciplinis quãtopere uel sola Parrhisio/

Erasmus scriptor uenustissimus.

Christoforus lõgolius.

rum academia reliquũ orbem uicerit (ut Romanorum pōtificum Architreniiqꝫ haud minus crebra q̄ illustria elogia transeam) assiduus testis edocebit Mantuanus alter poeta: alioqn Gallo nomini īfestus: apud quē Paulus Areopagitā Dionysiũ Galliarũ apostolũ ita cōpellat Caroli precinens magnitudini.

Baptista Mantuanus de Gallie laudibus.

Neu desit Gallis ullum decus: illa per orbē
Clara: per Aethiopes nigros: audita p indos.
Illa tue quibus in cœlum tollũtur Athene:
Tot sophie fœcũda bonis: tot lucida claris.
Scriptorum ingeniis: que tāq̄ sydera lumen
A eterno splēdore ferũt: gymnasmata primus
Transferet ad Gallos mox subdit.

Et tua degrais migrans academia campis.
Ibit ad occasum: uacuſqꝫ relinquet athenas.

Baptista mantuanus in triũpho gonzage q̄ gallico noī infestus fuerit uniquiqꝫ cōstat.

Audistis athenas in galliam cōcessisse & tale super gallos baptiste mantuani fuisse iudiciũ quale Appolonii mollonis de Cicerone. Ft tamen an Romani literarum gloria atheniensibus cesserint in dubium qui reuocat is dubio procul de omnibus dubitat. Ergo & studiorum laudem Romanis abstulimus & doctrinarum decus/ut Atheniēsiũ heredes nobis meriro uēdicemus.

Quid satyricus aquinas non peculiari apposito gallos oriundos putauit.

Gallia causidicos docuit facunda britannos.

Quid lucianus ille samosatenus in nullam

Lucia/nus. alioqui gentem haud debacchari ſolitus: non lepido apologo ex Herculis ſtatua Gallicam eloquentiam inſinuauit: Audiamus (queſo) diuum Hieronymum in uigilantiũ. Sola (inquit) Gallia monſtra non habuit. ſed uiris fortibus & eloquentiſſimis abundauit. Quid crinam. Quid Charmidam maſſilienſes commemorem: quorum ille ob ſyderalem mathematumq́ peritiam Romani populi fata Nerone principe rexit: hic damnatis Chriſippi/ Eraſiſtrati: Herophili: Aſclepiadis pariſorũq́ medicorũ placitis / oĩbus tã grecis quã latinis reclamãtibus mededi artẽ immutauit: a deo uel eruditiõe uel eloquẽtia uterq́ preſtitit? Quis pithia Coſmographiã repreſentauit apertius? Quis Lu. floro hiſtoriã cõpendioſius elegantiuſq́ texuit? Quis hilario diuina tractauit diuinius? Quis hireneo lugdunẽſi noſtro hereſes proſcidit acerbius? Quis uictorino aquitano paſchali diei curſum muneroſius ſtabiliuit? Quis anime eſſentiã Claudiano ſubtilius aperuit? Quis fauſtino diuinã gratiam cum libero arbitrio copulauit ſanctius? Quis omnes dicendi ueneres remigio excoluit blandius Vincẽtii nitidum apertũq́ in dicendo eloquium eo certe magis ſuſpiciendum exiſtimo: quo modeſtius ſe ſua gloria peregrini inſcriptiõe defraudare conatus eſt.

Diuus hierony/mus.

Maſſilienſii ad/miranda eruditio.

Saliuani quam sublimis fuerit doctrina: cõ/
gnomẽ eius declarat: qui unus a condito euo
Episcoporum magister dictus est? Quid pate/
rium? Quid gennadium? Quid museum re/
feram? Quid euridemum stacium? Surculum
Seuerum sulpicium. Rheticium? Quid duos
consentios/ patrem & filium? Quid herdiciũ?
Quid clodiũ quirinalẽ? Quid Eucheriũ lugdu
nensem aliosq́ꝫ innumeros diuinarum huma
narũq́ꝫ rerũ peritissimos in quibus eloquẽdi
artificiũ & eruditiõis altitudo de principatu
certasse uideri possunt. At forte (iquit noster
longolius) defuerunt nobis poete. Cuia/
tem igitur (infit) fuisse commiscemur Sta
tium/ Cecilium/ Cuiatem antonium Gui/
phum: Cuiatem decium ausoniũ: Cuiatem
Atacinũ Varronem. Qui sydonius apollina/
ris. Qui ualerius Cato: Qui prosper Aquita/
nus. Qui faustus lugdunensis: Qui pontius
paulinus. Qui delphirius. Nostra est Seueria
ni tuba. Noster Sebastianus Cadurcus. No
ster Asser lãpridius quibus succẽturiantur Te
tradius dulcis antidius. Sed unde ille maiesta
tis uergiliane censor. unde illud Auligelii ora/
culũ. unde ille quo neq́ꝫ doctiorẽ neq́ꝫ eloquẽ
tiorem Roma uidit phauorinus. Et ut idẽ/lõ
golius noster prosequitur At qui ne tempo ri
bus his inuidere existimer: par fuerit & nostre

45

Quantis otnetur hac etate gallia uiris.

etatis lumina attigisse: eos dumtaxat quorũ iã inuulgata monumenta fidẽ italie facere pos sunt: nihil me comminisci / nihil amplificare nihil extollere: sed per nudas quasdam rerum notas decurrere. Itaq3 (inquit) ut auatibus or diar In beltio etiam non ephebo poeticam in dolem demiraberis. in germano brictio facili tatem. In frãcisco siluio inuentionem. In Va/ rennio simplicitatem. Sanctitatem in Burro. Elegantiam in Iacobeo. In delpho candorem In Pio ingenium. In Conrardo uarietatem: acumeu in Briãdo. In Castello eruditionem Dicet budeus diligẽter. briconetus leuiter nar rabit Sciffelus eloquẽt grauiter Tisardus. Ap posite Badius. Gaguinus luculenter. Pinus scite. Duo fernandi splendide. Erasmus copio sę/acute/nitide. Stapulensis Faber philosophi ce. Cuius icude expolita/iã pure loqui didicit philosophia Clichtouei casto sermõe. Theolo gia mellę dulcius cõcionabitur literatura Bo/ uili mathesi rubiginem detersit. Copo duce medici & cũ eloquentia morbos curabũt hec longolius. & ut de illo dicam ꝙ de me alias dixit preeunte Christophoro lõgolio omnes non solum philosophie sed & pliniane par/ tes tentabũt. Neq3 charissime Hieronyme sin gulis has solas inesse uirtutes existimo. sed his insigniores cum nemo ex eis & prosa & uersa oratione non polleat. nemo item quin

ſit aut medicine / aut philoſophie/ aut iuris / Cariſſi/
aut theologie cõſultus: oẽs fere atticiſſantes: me hiero
pleriq; hebraice periti / nonnulli & Chaldaice nyme
Et ut de ueſtris teſtimonia ſumam Bonifacii Bonifa/
Simonetæ de clotoueo gallorum rege loquẽ cius ſy/
te uerba citabo ſic enĩ de illo loquitur Foelici monæ.
palma hoſtibus attritis baptiſari auidus di/
uum remigium adiit. Ex inſperato regis ad/
uentu tumultuantes ad fontem baptiſmatis
criſma non ferunt miniſtris ad alios negligẽ
tiam reiicientibus e cœlo colũba repente de/
uolans uaſculũ criſmate refertum ad regem
linendum obtulit. Quod uas cœlitus dona/
tũ in remenſi eccleſia criſmate redundans cõ
ſpici poteſt: ex quo perẽni liquore (ut noſipſi
in rege franciſco in preſentiarum rege uidi/
mus) reges gallorum in coronatione ungun
tur hec ille. Strabo quoq; geographus quãdo Strabo.
italiam deſcribit: ita in tranſcurſu de gallis in
terſerit uniuerſa/ quam hec etas galliam no/
minat ad martis ſtudia animorum ardet im/
petu. Ad conferendum pugnas alacer eſt: &
impigra: alioquin ſimplex nulla morum ma
lignitate notanda. Irritati nihil premeditati
pugnas ineunt: preter uim & audaciam; nul/
lũ aliud ad prelia ferẽtes adiumẽtũ. In ceteris
manſueti atq; tractabiles perſuaſione adducti
utilitati facile cedunt. Quã ratione ad ſtudia/ Gallorũ
ad diſciplinas animos habiles commodiſſi/ laus.

me applicant. Vis omnis ex uirium mul/titudine/corporũq; magnitudine illis inest. Ex gentium multitudine in unum de facili frequentes cõueniunt. Simplicitate frigoreq; a tracti propinquis condolent: si uiolatos aliquos per iniuriã uiderint. Plinius Nouocomẽsis uel ut uerius Veronensis Galliarum excellentiam auget: qui sic inquit Narbonẽsis ꝓuincia appellatur pars Galliarum que interno mari alluitur brachata antedicta Amne Varo: & Alpibus ab Italia discreta urbibus cultu uirorum: morum dignitate nulli prouinciarum post ferenda: hec ille. Nolo ego carissime Hieronyme post Strabonem: ac Plinium fœlicitatem planiciei ac totius galliarꝫ telluris: ne adulari credar: quia citus locorũ: & nomina etiã mutantur recensere: tum maxime qr fertilitas plage nota est. Fructus oẽs quos Italie sata nutriunt: ipsa pariter ora colligit. Galli licet naturali inclinatiõe bella magis: q̃ arua appetant: nulla tamen eius pars inculta iacet: nisi paludes: aut montes asperrimi: aut silue culturam prohibeãt. Sicut fructibus & consitis Gallie uacant: ita hominũ multitudine: & humana propagine pollent Gallice mulieres & presertim Lugdunẽses uenustate: decoreq; ꝑstãtes benignitate cœli fecũdissime ĩ solertia liberos educãdi reliquis mulieribus: ut ãtiquorũ codices ĩsinuãt ꝑferũtur

Plinius.

Gallie nulla pars ĩculta.

Lugunẽsiũ mulierũ uenustas &

& adeo ꝙ eque/ ac Gorgo leonide uxor: ſe ex tollere poſſūt: peregrina em̄ ait: ſole uos Lace ue uiris imperatis: non Iudeorū eſt quia nos ſole uiros parimus. Gorgo reſpōdit. Nec fœ/ ture abundantia etiam in brutis tante patrie utilitas deficit. Deus: prouidētia cuius queq; moderātur: has fœminas: & cōiuges: ut fœtu ra: & opes eſſent uberiores ab externo milite quietas eſſe ſtatuit: ex quo rupibus & ualido preſidio Gallorū regionē cinxit. Ab oriente mōtibus Alpiū ac pene inacceſſibilibus preci pitiis: a Septētrione reno flumine: a meridie mediterraneo mari: ab occidēte mari oceano & pyreneis mōtibus deus plagā hāc ſepſit. Id circo: ut reor Gallorꝫ legati alexādro ſciſcitāti cōcinne ſic rn̄derūt. O rex nos īdomiti nihil aliud q̄ ꝙ cœlū ruat: poſſumus heſitare: uerū tāti principis gratiā pēſamus: cui nūc amicari lōge optamus. horū magnitudinē cariſſime Hieronyme uolumina auctorum expoſcen/ tem conſulto dimiſi intactam: ne ego bleſus ſterilitate ſermonis Gallorum excellētiam de turparem. Apud Ioſephum tamē ut Budeus noſter meminit Agrippa magnifice de gallia rum ſitu & fœlicitate gallorꝫ domeſtica diſſe rit. quos omne genus bonis apud ſe ſcatenti bus totum pene orbem irrigare: mirifico pre conio uociferatur: & nihilo ſecius ſub mille & ducentis militibus Romano īperio parere

q̄ ſuas in educan/ dis libe/ ris indu/ ſtrie & ſo lertes.

Limites gallie.

Gallorū ad Alexā dri lega/ tos reſpō ſio.

Ioſephus

quibus plures propemodũ ciuitates habeant non animi mollitia: ut qui octogita annis ꝓ libertate dimicassent: sed animi destinatione in obsequium eius gentis fixa cuius & uirtutem experti fuissent & fortunam admirarentur. De opibus Gallorum pauca ex budeo nostro afferamus populus Ro. ante Mithridatẽ uictum: quingenties sestertiũ fuisse: & ex tertia expeditione Pompeii trecenties quinquagies accessiõis factum esse. hec summa ere nostro uicies semel centena & uigintiquinq₃ milia aureorũ ualet. intra quam summã si coarctare uelimus imperii romani redditum: ridebimur ab iis qui nouerunt regni gallie tributa. Quo anno hec ꝓdidi princeps noster tantam ferme pecuniam ex ditione gallica percepit. Si eñ tributa que quotannis ex occasiõe gerendarum rerum uarie indicantur: ad statam fixamq₃ summam & formulam redigerentur: posse hirali populi cõditione ad quinquies & uicies centena milia peruenire uectigalia autem & patrimonium regium ac diadematicum duodecies minimũ cõficere. Reliqua oĩa que uices statas non habent (qualia sunt fortuita & aduentitia: & oĩa infiscum cedentia) in paginã liberalitatum se ponit budeus noster: cũ muneribus & magistratibus & omnibus dispensationibus que codicillis cõferuntur a rege: his eñ rebus prolixe mu-

Quãto gallorũ opes Redditus regni francie

nificí principes eſſe poſſunt. Hec ſunt cariſſi/
me Hieronyme non que Beroſus quem nō admittis: ſed que Strabo: Plinius: Ceſar: Iu/
lius Celſus: Iuſtinus: Florus: Baptiſta Man/
tuanus aliiq; uiri illuſtres de Gallis ſcripſe/
runt. De Lugdunenſibus nihil dicere uolui: ne nr̄os nimiū laudare uidear. Hác aūt reſpō
ſiuam epiſtolam cariſſime Hieronyme beni/
uole accipias rogo: & ex conſuetudine & hu/
manitate tua & legas & emēdes: meq; tuum & uelis & memineris. Valeas felix feliciterq; uiuas. Ex bibliotheca noſtra Lugdunēſi deci/
mo kalendas Februarii. M.ccccc.xViii.

H. B. P. Symphoriano Camperio patritio Lugdunenſi / omnigenę philoſophię uiro cla riſſimo: ac domino ſuo optato beniuolentiſ moq;. Salutem.

Diu heſitaui intra me ſępius huma niſſime ſimphoriane / num & in/
ſignis prȩſtantia tua: ſimul inter tot uiros illuſtres comitata eſſet i Italiam ſacratiſſimum ac pientiſſi mum noſtrū regem. Audieram nāq; illuſtriſ/
ſimū principem tuum ducem. ſ. Lotharingię inter bellicos regis imperatores adſcribi. Cu/
ius phyſicus primarius es / & ſecreto lateri eius ſemper inherens. Nunc uero cum ſatis explo

ratū habeā te apud Mediolanū certiſſime cō/
tineri: urgētibus quibuſdā negotiis nr̄is ut ad
curiā regis hi noſtri accederent nūtii/Has (&
ſi raptim/oportune tamen) per eos ad te lr̄as
noſtras direximus: quę & paruitatis nec er/
ga te iugē teſtificabūtur amorē: & triūphum
quē pro inuictiſſimo rege nuper elucubraui
tibi tāq; mœcenati nr̄o atq; ī hac cauſa patro/
no peculiariter cōmendabūt. Nollem autem
huiuſce. Ego æditionis auctor agnoſci. Quā/
obrem trāſmitto illū ad te ſub ignoto ac ue/
lato noīe aſcriptum. Rogans atq; conteſtans
(ſcio id cur faciam) ut hoc apud te tantūmo
do ſit notum: in cęteris eris tu factus Harpo/
crates. Gratior eſt utiq; mihi animi trāquilla
quies/q̄ ut in publico ſuboriat̄ inuidioſa mi
hi formidoloſaq; lactatio. Cognoſce tu inte/
rim quo obnoxio gratoq; animo tota fami/
lia noſtra ſit erga humaniſſimū regem. Nō
em̄ decet ulterius cauſam reip. noſtre / aperte
proſequi: uel latius conqueri. Oretenus iſta
tibi per nuntios explicāda ſunt. Si em amas
te quippe exoratū uellem humaniſſime Sym
phoriane/ut eos omnino hac ī cauſa atq; in
rebus cęteris (que emolumento ac decori no
ſtro conducent) beniuolus tu ipſe patronus
clientulos cōmendatos habeas apud ſereniſ/
ſimū regem/atq; apud cęteros (dū opus ſit)
pręclariſſimos regis magiſtratus. Nam ſi hoc

tantum tibi secreto mutire atq; annuere phas est (ne quis audiat diphilus aut Erimachus) iuxta illud in trhenis carmen miserabile/ceruicibus nostris minabamur: & lassis non dabatur requies: uiriq; nostri (prohdolor) innocentissimi gladio ceciderunt. Et quis satis defleat aut lugeat hãc calamitatem prorsus indignam? Deus autẽ tandẽ bene uertit. Reuiximus nãq; ad Pietissimi regis aduẽtũ qui pene oẽs eramus de cętero radicitus extinguẽdi Sed hęc satis: nam si ꝑsequar reliquũ/Tragedia mihi potius actitãda ẽ quã ad te scribẽda sit epistola. Dicamus igitur & nos cũ propheta. Nisericordie domini quod nõ consumpti sumus. Parauerã iam ex hoc iterũ ipse ego in Gallias traiicere atq; rursus uidere Parhisios. sed iam mutata est alea facti & dulcis nos patria blãdo adhuc refouet sinu. Ceciniq; ob id quasi beneficii loco hęroicum carmen ad regem: quod nũc (ut pręmissimus ad te mitto tuęq; optime censurę in oĩbus subiicio. & an aspectu ac acceptione regis atq; presentia dignũ sit (ut suppresso auctoris noĩe legat̃ a plurimis) illud tuo similiter iudicio prorsus relinquam. Sat mihi saliente uena pro rege exercuisse minerua. tibiq; ludere. Beniuolentiã mutuã instaurare. Que si probes: fac obsecro/ut (ob igẽtes curas regias ac aliorũ occupatiões tuas quibus distraheris) breuissime

quo ad fieri possit literis tuis intelligã. Et iam recœperis epistolã nostrã quã superiori anno post longe contractũ ex infirmitate silentium ex astensi urbe responsoriã ad te misi. si mei iuris esset Ego nunc q̃ ocissime aduolarẽ ad tẽ Symphoriane Carissime sed quia ipse in prę/sentiarum nequeo: par est ut me nihilo secius ames q̃ si presentem uideas. Dabo autem im pensissime operã ut omnino te aspiciam te al loquar/te amplectar/teq; osculer anteq̃ isthic abscedas in Galliã. Cęterum plura mihi de di uino atq; supercelesti nostro Fabro/Deq; Ca/rolo nostro preciosissimo Berillo/ tecũ quasi per Simposium longo sermone tractanda fo rẽt: sed iam instat Nuntius: Equumq; calcari/bus urget. Tu uale Clarissime mi atq; aman/tissime Simphoriane Memor semper nostri/ atq; alto pectore conde. Rogo insuper ut neq; etiam ipsis Nuntiis (qui hec ad te deferunt) De carmine nostro ad Regẽ minimũ quidẽ uerbum proferas. Cupio enim ut preter te hoc nullique intelligat. Iterum uale Ex ædi/bus nostris quintodecimo kalẽdas Nouem/bris. M.ccccc.xV. politioribus Characteribus nequeo epistolam transcribere. Tẽpori igno/scas: hisq; cõtentus esto/donec latior fortuna sequatur.

¶ Pro christianissimo ac Sacratissimo. Francisco Francorum Rege Hyacinti Basilidis Palladii Hęroico carmine.

¶ Inscriptus literis Triumphus.



Decus europę/Frãcorum glo/ria regni.
Inclite Rex: Superum ueluti qui missus ab Arce
Insubrię ut (miserans Casus latiiq; Ruinam)
Septra geras Nostrę gentis: cui galla quondã
Adiecit Nomen Citra has preclarior Alpes:
En age nũc Nostras intra Rex cãdidus urbes:
Lętitia comitãte Ducum fulgentibus Armis/
Qui referant lassis Solatia/Pacis honores.
Sic Vos O latię gentes (quas dira subegit
frena pati/heu/rabies furiis agitata malignis)
Nũc age nunc tandem lętos assumite uultus:
Ardentesq; faces altis de mœnibus urbis
Lętitia monstrate uiri. Clamoribus Aether
Insonet & Thyasos ducentes obuia passim
Agmina concurrant/sacro exultantia Regi.
Atq; instauratis ostendite lilia portis;
Lilia cœlesti prorsus fulgentia campo.
Tumq; Italis permixta uiris gens gallica/Regẽ
Cõclamet fremituq; ruẽs/& plausibus ardẽs/
Aethera concutiat; pandens insignia regis

Lilia perpetuos iam nunc habitura triũphos.
Lilia ubiq; sonent. Sonet una ac uoce tonãtũ
Frãcia. quo plausu stupeat tremefactus olym/
pus.
Horrida quinetiã muralis machina belli
(Mox tonitrus imita ferosac fulmina) celos
Vi quatiat. Turres resonẽt. Clãgorq; tubarũ
Imperturbatos Animos comitetur Ouantes.
Tandẽ oĩs Patres (Iuuenũ stipãte Caterua)
De hic reliquę Matres pueri/innupteq; puellę
Vnanimes uno ore ferant: Regemq; salutent.
Frãscice Armipotẽs/Rex alto a sãguine Rerũ
Frãcorũ qui septra geris: quiq; Agmina mille
Mille Acies/& signa ducũ radiantibus Armis
Ipse trahis rapidi tecũ ad Certamina Martis:
Per uarios Cœli Tractus/lucosq; sonantes/
Et per desertas horrendi Culminis Alpes/
Difficilesq; uias Belli/per quicquid iniquũ/
Infaustum/ac crudele foret/& triste Pericli
Venisti tandem. tua nec optata fefellit
Nos pietas/ac uetus amor. Sed uicit utrunq;.
Vicit Iter durũ Pietas. Amor inclytus ardens
Vicit: & afflictis iussit succurrere Rebus
Italię. Nũc tota Cohors Te leta Salutat
Salue spes latii. Dux O Clarissime Nostri
Afflicti generis: Rex quo nec gratior usquam
Quis Pietate fuit Bello/Vi/Maior & Armis/
Nec quisquã ex oĩ formosior ordine prĩceps/
Salue O perpetuo Francorum Gloria. Salue.

Militię atq́ Toge Moderator:& optīe regū.
Ecce ſuperba iacet Gens obtrūcata ſueuum:
Ingluuies quosatra Cibi/quoſq́ anxia Predę
Irarū /atq́/Odii Mens conteſtata furores
Arma Arma in Regē/ Subito acclamare tu/
multu.
Et certare dolis/populos accindit Agreſtes.
At uos O ſuperi/Regalia Caſtra tuendo/
Strauiſtis laphytas/horrēda Clade furentes.
Et qui ſe regū Dominos dixere Potentum/
Cuſtodes Peccorū:Pecoris uix eſſe Magiſtros
Iure datur.ceciditq́ oīs Petulantia Vulgi.
Nūc O pta Quies.Meta ecce extrema malorū
Ac latio queſita Salus.Pia Numina Cœli
Seruate hūc nobis Regē qua mente dediſtis.
Et ſibi poſt palmā concedite Neſtoris annos.
Qui genus indomitū noſtris a finibus Arcet:
Confirmat reduces:Mœſtos ſolatur Amore.
Spondet & Italię reuirenti in ſecula pacem.
In uotū ecce igitur Regis Signūq́ Triūphi/
Conclamat populus:Voceſq́ ad ſydera tollit.
Viuat Rex noſter Frāciſcus/Gloria regum
Francorū.Viuat pręcellens Gloria Belli.
Viuat & optatę Mundane Gloria pacis.
Gloria totq́ Ducum Rex Te comitata reful/
gens.
Atq́ alii proceres:uiuant fœlicibus annis.
Inter quos magnus ſeniorq́ triultius Heros/
Ille inquam ſenior toto Clariſſimus orbe/

Viuat. qui latio regis confirmet amorem.
Cōmendetq; tibi rex quos pstamus honores

¶ De Salamandra insigni cristianissimi Gallorum regis Francisci huius nominis primi subdita distichon.

Ignea uis cedit conctatibus ut salamandre
Sic cedunt armis omnia Galle tuis.

¶ Ad summum rerum omnium opificem deum pro felici successu christianissimi Gallorum regis oratio.

Omnia regna regēs celsi moderator olympi
Accipe quas uoces fundimus ore pio
Nestoreos felix uiuat Francisus in annos
Gallica qui primus nomine regna regit

¶ Distichon regio insigni subscribendum.

Maximus est regū mūdi Salamādrius heros
Angui qui curuo lilia iuncta gerit

D.Erasmo uiro in omni disciplinarũ genere consummatissimo Symphorianus Campe/rius medicus. Salutem.

M Iraberis forsan Erasme doctissi/me/quidnã me hactenus insolẽtem nuuc ad te scribere cõpellat delectatussum semp quã maxi/me/nec etiam nũc minus/casti/gatissimas absolutissimasq; lucubrationes tuas nocturna uersare manu/uersare diurna solicitusq; frequẽter nostros bibliopolas ro/gaui.nũ noui quidpiam haberent: quod ex tua ꝓdiisset officina:aut quod ipe cõmentus eẽs:aut cui saltẽ nõnihil splendoris ac lumis addidisses. Quãdo satis superq; põderis liber habet apud me si tuo noie qualicunq; modo insignitus exeat hec igitur tua dum uestigia lustro occurrit mihi apologia quedã ad Iacobum immo uerius in Iacobum Fabrum Stapulensem.uirũ meo iudicio de re lr̃aria meritissimũ que tametsi/qm̃ tua plurimũ placuerit dolui.tamẽ & ingemui orbis totius nedũ Gallie duo preclarissima lumina duos pri/mores literarũ principes pro re exigua pro re nullius ferme momẽti pro re in utrãuis par/tem ꝓbabili tã hostiliter tam uafre tãq; acer/be debacchari sic profuse expuere cõtumelias sic lethiferũ uirus euomere sic cruẽtũ stilũ ex/acuere sicq; minaciter dẽtẽ ꝓtẽdere genuinũ.

Nam quo uestre iste apologie & suam dico & tuam utramq; enim & legi & perlegi per q̃ dolenter quo inquam acuratius quo: subti/lius /quoue elegantius conscripte sunt: eo sa/ne dilucidius promptiusq; qua bili: quo sto/macho quaue erimni prodierint protestan/tur. fitq; ut dum uterq; alterius errorem pro/mere nititur sui egritudinem animi atq; ui/rus pandat atrum. Et qui sese mutuo in pu/blicam utilitatem iuuare protegereq; debe/rent sese & impediant & lacessant. Ea nempe est nequissimi hominum hostis uersutia ut fallaciter ex minimis scintullilis maxima su/scitet incendia. & illustrium uirorum procaci quadam dicendi in solentia denigret famam. Quur hoc? nempe ut redat aut prorsus euellat charitatem sine qua homines non sumus: & sine qua deo placere. nequaquã possumus. uult Faber in sexto uersu octaui psalmi cum diuo Hieronymo Legendum esse minuisti eum paulominus adeo: tibi plus placet legi ab angelis utrumq; mea sententia rectissime/ & scribi & legi potest. perspicuũ enim est si de quouis homine intelligatur sicuti plurimi il/lius octaui psalmi interpretes sentire uiden/tur Legendum esse ab angelis. Homo nãq; in creaturarũ serie decimũ obtinet locũ: ut q ex corporeo & incorporeo ex corruptibili & icor ruptibili substantia coalescit utriusq; nature

inter ſtitiũ quaſiq; lucis & tenebrarum orizon
nõ deſunt qui adiis interpretẽtur nõ ab ãgelis
ueluti Capnion tuus libro de arte cabaliſtica
tertio hebraicum citans uerſiculum quo pro/
culdubio non eſt abſonum quũ ſepenumero
in ſacris literis deus pro angelo accipiatur
quẽadmodum geneſeos cap. triceſimoſecũdo
Angelus iacob alloquens nequaquã inquit
iacob appellabitur nomen tuum ſed iſrael.
quoniam ſi contra deum fortis fuiſti. quãto
magis contra homines preualebis? deum hoc
eſt angelũ ut interpretantur qui cũ Iacob lu/
ctatus eſt. Si uero cũ paulo in epiſtola ad he/
breos de chriſto uoluerimus intelligi: aut to/
tum ipſum cõpoſitũ ſiue ut aiunt ſuppoſitũ
aut hominem ſolum ſiue potius humanitatẽ
uel humanã naturã aſſumptam reſpicimus.
Suppoſitũ & enim ideſt ipſum xp̃m nũquam
angelis inferiorẽ legimus: quũ ipſe angelorũ
caput ſit & oĩm dñs ipſe enim dixit pater ma/
ior me eſt nuſquã angelus maior me eſt & in
ſymbolo anaſtaſii canimus Aequalis pr̃i ſecũ
dũ diuinitatẽ minor patre ſecũdũ humanita
tẽ nuſq̃ legit̃ minor angelis: etiã ſecũdũ hũa/
nitatẽ. & ſi ipſa hũanitas ſit ipſis ãgelis minor.
Solã igit̃ reſpicimus hũanitatẽ & ut ait Iaco/
bus a ualẽtia non indoctus prophete inter/
pres minuiſti eum paulominus ab angelis fa
ciendo ipſum filium homiuis & mortalem

& passibilem pro homine in hebreo habetur quid est homo quoniã memor es eius aut filius adã quoniã uisitas eum? Vnde christus semper se nominat filium hominis id est filiũ adam eo ꝙ ex adam accepit carnem ut ipsum redimeret cũ sua posteritate Ceterum ut sentit Hugo de sancto Victore in Pauli epistolã ad hebreos non dicendum est simpliciter ꝙ sit minor angelis. hic autem paulo minus factus est minor sic intelligitur id est secundum aliquid minoratus est/scilicet secundum carnis infirmitatem. & passionem mortis ut dicit auctoritas nec consequens est quod si minor est secundum aliquid quod ideo simpliciter sit minor hactenus Hugo. Posset itidem nec incongrue sic inlelligi Minuisti eũ paulo minus ab angelis ac si dicere uelit ipsum uerbum patris. ipsum filium dei equalem per omnia patri propter naturam assumptam siue cum natura assumpta ut unum suppositum ex utraqꝫ natura diuina scilicet & humana. qui dicitur christus. minutum quidem esse adeo non tamen tantum quantum angelus sed paulominus ab augelis uel potius paulo minus Angelis Et forte græcus sermo.

huic sententie plus aspirat. quum ipse utriusqꝫ ecclesie sit caput. medius inter deum & angelum sicut homo inter angelum & ea que sub ipso sunt.

Quũ igitᷣ utraq; intelligẽtia ſaluari poſſit & il lud elohim ꝙ in archetipis reperitur & ſingu lariter & pluratiue interpretari poſſit Haud li/ cet inter uos tantas conſurgere lites. dignus laude tua es hinc ſint ſua premia laudis iuuate ergo obſecro uti iam plurimum feciſtis & tu & ille rem litterariam & ꝙ non attingit unus bono pacificoq; animo ſuppleat alter nõ om/ nia poſſumus omnes & ꝙ ueteranus miles non noſti forſitam nouit tyrũculus Vale do/ ctiſſime Eraſme & Symphorianum tuum te unice amantem redama.

¶ Symphorianns Campegius Reue/ rendo in xp̃o patri Domino Laurentio Campegio Cardinali Bononiẽſi: ſum/ mã fœlicitatem optat: & ſupplex ſe cõ/ mendat ſeruus.

NEqueo ſine dolore & lachrimis ſcribere optime ac uenerande pa ter: non poſſum: quin deteſter aduerſam fortunam: que me tã inique inſectata eſt: ut ob peſti/ lentiam que lugdunenſcs infeſtabat in redi/ tu tue legationis te uidere non meruerim. Quã fallax fortuna ẽ q uarie rerũ uices habeo

54

tamen deo ipsi immortali/ac coelitibus om/
nibus grates: qui te intanto seuiētis pestis fu
rore incolumem seruauerunt. Per mille peri/
cula: per totam ferme Galliam peste tumul/
tuātem trāsiuisti atq; euasisti incolumis: di/
uina te adiutum ope non dubito. Sed nulla
uis ingenii nullius eloquentie copia: nullius
ornatissime litere ualeant explicare: quanto
nunc gaudio: quā admirabili letitia exultet
animus tue reuerendissime legatiōis assum/
ptione: atq; felicitate. uideo nunc ad magne
glorie prouectum fastigium: quem amo /
quem colo: quem ammiror / ac ueneror:
quem tante uirtutis splendore fulgere: quem
iecisse omnium laudatissimarum rerum fun
damenta iam pridem intellexi. Agimus im/
primis nos omnes Campegii largitori bono
rum omnium deo: quas potest nostra fragili
tas peringētes gratias: unde id nobis datum
est; quod maximam & cumulatissimam no/
bis attulit uoluptatem. Eius nos ineffabilem
bonitatem atq; clementiam deprecamur: ut
nostre cognationi tam splendidū lumen lon
go euo tueatur: & illius cum exultatione no/
stri generis fortunet: atq; amplificet gloriam.
Quod aūt tam hilare tā benigne tam exube/
rāti paterna charitate nos exceperit. T. R. do/
minatio dum apud Lugdunū esses: facit qui
dem pro sua antiqua optima consuetudine:

que suos omnes flagranti dilectione comple
ctitur. Qua de re sicut nos Campegii omnes
habemus quã maximas gratias / ita pro ma/
gnitudine benignitatis tue: & pro imbecilita
te nostrarum uirium nec referre debitas pos/
sumus: nec dignas agere. Sed quod in nobis
est: abunde suppetet fides nostra: incredibi/
lis reuerentia / atq; deuotio. Vna tue ciuitatis
Bononiensis laus est: que ceteras omnes lite/
ris antecellit: & prestat. Nam ex quo condita
est: multos protulit prestantes uiros: & cele/
bres doctrina & gloria uiros. Sed nouissime
nostro euo Ioannem Campegium utriusq;
iuris monarcham genitorem tuum: cuius ex
plicare uirtutẽ / certe non possit lingua mor/
talis. Quando ingenio: probitate / doctrina
sapientia / rerum oĩm cognitione ita euo suo
excelluit: ut ante ipsius mortem: in ipso Bo/
noniensi gymnasio oĩm predecessorũ supe/
rauerit gloriã. Is cum plurimum patria illu/
stratus esset: & ab ea magnis affectus honori/
bus / illam ipse laudibus amplissimis illustra
uit: imprimis tuam. R. dominationẽ docto/
rem fecit & in matre uniuersitatũ optauit col
legium: ut qui a primis etatis temporibus in
sacris / ac pontificibus literis & optimis qui/
busq; disciplinis adipiscẽdis uersatus esses / &
ciuitati tue & patrie: que te genuit. Vtilitatẽ
simul afferes / ac decus: tandem in magna di

gnitate atq; amplissimo constitutus honore sapientiam & equitatē/animi magnitudinē moderationē/quibus laudibus abunde prestas/grauioribus ī rebus exercēdo illustriora prestare. aliquādo consulit genitor tuus Ioānes Cāpegius: patrie tue columen ac dulce decus: ut illius consilio te sancte Romane ecclesie faceres cardinalē: quia ea tue ciuitati q̄ studiorum est mater beneficia prestes: que fœlicis recordationis Ioannes Campegius genitor tuus morte preuētus non satis cumulate explere potuit. Eia igitur reuerendissime dn̄e in tanto Romone eccl̄ie collate fastigio perge: (ut facis) patriam dulcissimā studio oīm ac pietate complecti: cūctis officiis atq; honoribus prosequi. postremo mitto ad te duellū. Galli & Itali partim nuper a me editum: partim a rustico nostro collega placentino recognitum nimirum ut rideas: si tamē unq̄ ridere potes: homo tot curis districtus: tot negotiorum fluctibus obrutus. Sed cui potius mittam: quicquid fuerit illud: seu ludicrum: seu serium: quod mee camœne produxerint: quā tibi unico meo mecœnati qui solus & ad dis animum Symphoriano Campegio tuo: & alis ingenium: & ocium suppeditas: & ornas studia. Te hortor. Re. P. ut duellum Hieronymi & Campegii tui in unum quasi corpus constipatum perlegas: habeasq; frequen/

ter ĩ manibus:ut amicitia nr̃a fiat cumulatior uita frugalior:ſed ne moroſior ſit prologus q̃ fabula uale:& Symphorianũ Campegiũ tuũ qui tibi mancipatus eſt quod facis ama.

¶ Reuerẽdo patri Ioanni langreno Gardiano ſancti Bonauenture amico precipuo Iacobus Faber Stabulẽſis. Salutẽ. Plurimã. Dicit.

R Euerẽde pater. Accepi ſuffragia ſancti ordinis ueſtri. & illa diſtribui. & uice oĩm gratias tibi ago immenſas. Bouillus in ſancto Quintino reſidet. nõdum ad tuas reſpondit. Clichtoueus ĩ Belgica cũ ep̃o Tornaceñ. qui in uiſitationibus epiſcopatus ſui eius utitur opera. Verũ his diebus per literas accepimus eum laborare quartana. Accepit ſuffragiorũ ad te miſſã literã. Lermita recte ualet. & te milies ſalutar aſſiſtit iugiter ſuo ep̃o Meldeñ. illi q̃ gratiſſimus. His diebus emiſimus ex officina philologiam Ariſtotelis integrã cũ duplici tralatione. opus quod ſtudiis optamus utile. Nũc reſumus labores in emittẽdis agonibus Martyrũ. deinde ſi dñs dederit. aggrediemur geſta confeſſorũ. Sed adeo nunc ſum ĩ tolerãdis laboribus debilis. ut uix ſufficiam caſtigandis etiã paucis. Scripſit ad me doctiſſimus dñs. & amicus meus atq; tuus (ut ſcio non uulgaris) doctor medicus Symphorianus. ſcripſit inq̃ elegantes literas. de ſexto uer

ſu octaui pſalmi.& credit forſitan inter me & Eraſmum eſſe aliquam ſimulationem. uerū ex ꝑte mea nulla ſimulatio nullaq; maleuolētia ī illū.& hac de cā nolui ad īuectiuā Eraſmi q̄cq̄ rn̄dere.ne eū irritarē.quāuis haberem quo ī prōptu meā defēderē aſſertionē.nō fuco rhetorico.ſed neceſſaria oſtēſiōe.nihil conuiciādo nihil ꝓbri ī pſonā iactādo.ſed ſolā ueritatē defēdēdo.q̄ oībus debet eē amica.& ab oībus honorari.Petebat rn̄ſionē ad epiſtoliū ſuū.Reuera a deo ſū indiſpoſitus ad ſcribēdū ut nullo p̄cio nulla p̄ce id ad me quiſq̄ extorquere poſſit.Quapropter cōſiliabis mihi ipm & ipe quū ſit medicus facile mihi id cōdonabit.cū iis laboribus fugiēdis medicoꝝ ſequar cōſilia.Cariſſ.ſiquos deſyderabis libellos. ex officina Badiana ſume.& q̄ ceperis ad eū ſcribe.& illi ſatiſfaciam.uel forte ſi Lugduni nō ſint ſcribe ad eum uel ad me.& ego per eum mittam.Vale in Chriſto rege æterno dum taxat memineris mei in tuis orationibus.Ex clauſtro diui Germani ꝓpe Parrhiſios Octobris.Vi.

Tibi & tuo ordini deditiſſimus
Iacobus Faber.

¶ Clarissimo uiro. D. Symphoriano Camperio illustrissimi Lotharingię Ducis primario medico Steph. Florimūdus Guttanus fęlicitatem exoptat.

